

869 P.

Poetic:

a) Poete Latin: recantior. 1338.

C. C.

EPIGRAMMATA

ex

M. VAL. MARTIALIA  
SELECTA.

*Monosticha item Ethica &  
Politica veterum Sapientum.*


---

Lectori.

Pauca quidē sunt hæc; Sed Tu dare plura vo-  
Albino veniā, Lector amice, dabis. (lenti  
Parva quidem sunt hæc; Sed Tu ut des Ma-  
Albino dices, Lector inique, malè. (gna roganti

---

ELBINGÆ,  
Typis Wendelini Bodenhausen,  
ANNO M. DC. IX.



*Generosæ indoli optimæq, spei puero,*

**V A L E N T I N O O F  
F L E T, N O B I L I S S. D N. T H O.  
M Æ, inclytæ Societatis Angli-  
cæ, quæ est Elbingæ, Præsidis dignissimi  
Filio,**

Discipulo & conuictori suo.

**N** *On omnibus placere possunt omnia:  
Prosunt nec omnia omnibus.  
Id quod meâ quis optimè sententiâ  
De Martiale dixerit:*

*In omnibus placere eum non omnibus,  
Nec omnibus legi utilem.  
Ergò, magis quæ tersa sunt, habe tibi,  
Probè & V A L E N T I, his utere.*

Joannes Albinus Hie-  
rensis Tyr.

*Ad*

1. *Ad Æliam.*

**S**I memini, fuerant tibi quatuor, Ælia, dentes:  
Exspuit una duos tussis, & una duos.

Jam securâ potes totis tussire diebus:

Nil, tibi quod tollat, tertia tussis habet.

2. *De Acerra.*

**H**esterno foetere mero qui credit Acerram,  
Fallitur: in lucem semper Acerra bibit.

3. *Ad Sabidium.*

**N**on amo te, Sabidi, nec possum dicere, Quare.  
Hoc tantum possum dicere, non amo te.

4. *De Gellia.*

**A**missum non flet, cum sola est, Gellia, patrem:  
Si quis adest, jussæ profiliunt lacrymæ.

Non dolet hic, quisquis laudari, Gellia, quærit.

Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

5. *Ad Fidentinum.*

**Q**uem recitas, meus est, ô Fidentine, libellus:  
Sed malè cum recitas, incipit esse tuus.

6. *De Diaulo medico.*

**N**uper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus:  
Quod vespillo facit, fecerat & medicus.

7. *Ad Fuscum, de amicorum judicio.*

**S**I quid Fusce vacas adhuc amari,  
Nam sunt hinc tibi, sunt & hinc amici,

Unum, si superest, locum rogamus:  
 Nec me, quod tibi sum novus, recuses.  
 Omnes hoc veteres tui fuerunt  
 Tu tantum inspicere, qui novus paratur,  
 An possit fieri vetus sodalis.

8. *Ad Flaccum.*

Qualem, Flacce, velim quæris, nolimve puellam?  
 Nolo nimis facilem difficilemque nimis.  
 Illud quod mediū est, atque inter utrumq; probā,  
 Nec volo quod cruciat, nec volo quod fatiat.

9. *Ad Celerem.*

Ut recitem tibi nostra rogas Epigrammata. nolo.  
 Non audire, Celer, sed recitare cupis,

10. *Ad Fabullam ambitiosam.*

Bella es, novimus: et puella, verum est:  
 Et dives, quis enim potest negare?  
 Sed dum te nimiūm, Fabulla, laudas,  
 Nec dives, neque bella, nec puella es.

11. *Ad Cæcilianum, de genere & declinatione Ficūs.*

Cum dixi ficus, rides, quasi barbaras verbas,  
 Et dici ficos, Cæciliane, jubes.  
 Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci:  
 Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

12. *Ad Fidentinum.*

Nostris

**N**Ostris versibus esse te poëtam,  
 Fidentine, putas, cupisque credi:  
 Sic dentata sibi videtur Ægle,  
 Emtis ossibus Indicoque cornu:  
 Sic, quæ nigrior est cadente moro,  
 Ceruffata sibi placet Lycoris.  
 Hac & tu ratione, qua poëta es  
 Calvus cum fueris, eris comatus.

**I 3.**                    *De Lino.*

**D**imidium donare Lino, quàm credere totum  
 Qui mavult, mavult perdere dimidium.

**I 4.**                    *Ad Attalum,*

**S**emper agis causas, & res agis, Attale, semper.  
 Est, non est quod agas, Attale, semper agis.  
 Si res, & causæ desunt, agis, Attale, mulas.  
 Attale, ne, quod agas, desit, agas animam.

**I 5.**                    *Ad Sosibianum.*

**E**servo scis te genitum, blandèque fateris,  
 Cum dicis Dominum, Sosibiane, patrem.

**I 6.**                    *Ad Lælium.*

**C**um tua non edas, carpis mea carmina, Læli,  
 Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

**I 7.**                    *Ad Helium.*

**Q**uòd clamas sèper, quod agentibus obstrepis He.  
 Non facis hoc gratis: accipis, ut taceas; (li.

**I 8.**                    *Ad Nevolum Causidicum.*

A 3

Dum

**D**um clamant omnes, loqueris tu Nævole semp,  
 Et te patronum caussidicumque putas.  
 Hac ratione potest nemo non esse disertus.  
 Ecce tacent omnes: Nævole, dic a liquid.

19. *Ad Flaccum.*

**L**itigat, & podagiâ Diodorus, Flacce, laborat.  
 Sed nil patrono porrigit, hæc cheragra est.

20. *Ad Velocem.*

**S**cribere me quereris, Velox, Epigrammata lōga.  
 Ipse nihil scribis: tu breviora facis.

21. *In Priscum.*

**C**um te non nossem, dominum regemq; vocabā.  
 Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.

22. *Ad Decianum.*

**N**e valeam, si non totis, Deciane, diebus,  
 Et tecum totis noctibus esse velim.  
 Sed duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passum.  
 Quatuor hæc fiunt, cum rediturus eam.  
 Sæpe domi non es; cum sis quoque, sæpe negaris:  
 Vel tantum caussis, vel tibi sæpe vacas.  
 Te tamen ut videam, duo millia non piget ire,  
 Ut te non videam, quatuor ire piget.

23. *In Attalum.*

**D**eclamas bellè: causas agis, Attale, bellè:  
 Historias bellas, carmina bella facis.

Compo-



Componis bellè mimos: Epigrammata bellè:  
 Bellus grammaticus, bellus es astrologus.  
 Et bellè cantas, & saltas, Attale, bellè.

Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.  
 Nil bene cùm facias, facis attamen omnia bellè.  
 Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

24. *Ad Sextum.*

**E**T judex petit, & petit patronus.  
 Solvas censeo, Sexte, creditori.

25. *In Zoilum.*

**Z**oilus ægrotat: faciunt hanc stragula febrem.  
 Si fuerit sanus; Coccina quid facient?  
 Quid torus à Nilo, quid sindone tinctus olenti?  
 Ostendit stultas quid nisi morbus opes?  
 Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes.  
 Vis fieri sanus? Stragula sume mea.

26. *In Maximum.*

**C**apto tuã, pudet heu, sed capto, Maxime, cænã:  
 Tu captas aliam. jam sumus ergo pares.  
 Mane salutatum venio: tu diceris esse  
 Ante salutatum. jam sumus ergo pares.  
 Sum comes ipse tuus tumidique antecambulo regis.  
 Tu comes alterius, jam sumus ergo pares.  
 Esse sat est servum: jam nolo vicarius esse.  
 Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

27. *De Paulo.*

**C**Armina Paullus emit, recitat sua carmina Paul-  
Nam quod emas, possis dicere jure tuum, (19.)

28. *In Postumum.*

**B**Asia das aliis, aliis das, postume, dextram.  
Dicis, utrum mavis, elige: malo manum.

29. *In Cajum.*

**M**Utua viginti sestertia fortè rogabam,  
Quæ vel donanti non grave munus erat.  
Quippe rogabatur felixque vetusque sodalis,  
Et cujus laxas arca flagellat opes.  
Is mihi, dives eris, si causas, egeris, inquit:  
Quod peto, da Cai: non peto consilium.

30. *In Postumum.*

**O**ccurris quocunque loco mihi, Postume, clamas  
Protinus, & prima est hæc tua vox, qd agis?  
Hæc, si me decies unâ conveneris horâ,  
Dicis. Habes puto tu, Postume, nil quod agas.

31. *In Clasicum.*

**I**Nvitem cænare foris te, Clasicè, dicis.  
Si non mentiris, Clasicè, dispeream.  
Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire,  
Cum cænaret, erat tristior ille, domi.  
Si tamèn invitus vadis, cur Clasicè vadis?  
Cogor, ais? verum est. Cogitur & Selius.  
En rogat ad cœnam Melior te, Clasicè, rectam.  
Grandia verba ubi sunt? si vir es, ecce nega.

32. *In Nasicam.*

**I**Nvitas tunc me, cum scis, Nasicam, vocatum.  
Excusatum habeas me, rogo: cœno domi.

33. *In Cinnam.*

**V**ersiculos in me narratur scribere Cinna.  
Non scribit, cujus carmina nemo legit.

34. *In Fabullum.*

**U**nguentum fateor bonum dedisti  
Convivis here: sed nihil scidisti.

Res falsa est bene olere, & esurire.

Qui non cœnat, & ungitur, Fabulle,

Hic verè mihi mortuus videtur.

35. *In Næviam.*

**D**um non vis leporè, dum non vis carpere mul-  
Et pl<sup>9</sup> quàm patri, Næviam; parcis apro. (lum,  
Accusas, rumpisque coquum, tanquam omnia cruda  
Attulerit, nunquam sic ego crudus ero.

36. *In Nestorem.*

**A**uriculam Mario graviter miraris olere.  
Tu facis hoc: garris, Nestor, in auriculam.

37. *In Thelesinum.*

**M**utua quod nobis ter quinquaginta dedisti  
Ex opibus tantis, quas gravis arca premit:  
Esse tibi magnus, Thelesine, videris amicus;  
Tu magnus, quòd das? immò ego; quòd recipis.

A 5

In

38. *In Lentinum.*

**M**entiris juvenem tinētis, Lentine, capillis:  
 Tam subitò corvus, qui modò cygnus cras.  
 Non omnes fallis: scite te Proserpina canum.  
 Personam capiti detrahet illa tuo.

39. *De cisterna Ravennate.*

**S**it cisterna mihi, quàm vinea, malo Ravennæ:  
 Cum possim multò vendere pluris aquam.

40. *In Cinna.*

**E**sse nihil dicis, quicquid petis, improbe Cinna;  
 Si nil Cinna petis, nil tibi Cinna nego.

41. *In Rufum.*

**E**sse negas coctum leporem, poscisque flagella.  
 Mavis, Rufe, coquum scindere, quàm lepore.

42. *Ad Cæcilianum.*

**M**ille tibi nummos hesternâ luce roganti,  
 In sex aut septem, Cæciliane, dies,  
 Non habeo, dixi. Sed tu caussatus amici  
 Adventum, lancem, paucaque vasa rogas.  
 Stultus es? an stultum me credis amice? negavi  
 Mille tibi nummos; millia quinque dabo?

43. *Ad Fabianum.*

**O**mnes, quas habuit, Fabiane, Lycoris amicas  
 Extulit, uxori fiat amica meæ.

44. *Ad Attalum.*

Sordida

**S**ordida cūm tibi sit: verum tamen, Attale, dicit,  
 Quisquis te niveam dicit habere togam.

45. *Ad Olum.*

**C**A na est barba tibi: nigra est coma: tingere barbā  
 Non potes, hæc causa est: sed potes, Ole, co-  
 (mam.

46. *In Gargilianum.*

**M**unera quòd senibus vetulisq; ingentia mittis,  
 Vis te munificum, Gargiliane, vocem?

Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno,

Qui potes insidias dona vocare tuas?

Sic avidis fallax indulset piscibus hamus:

Callida sic stultas decipit esca feras.

Quid sit largiri, quid sit donare, docebo.

Si nescis: dona, Gargiliane, mihi.

47. *Ad Pamphilum.*

**T**u Setina quidem semper, vel Massica ponis  
 Pamphile: sed rumor tam bona vina negat.

Diceris hac factus cœlebs quater esse lagenâ.

Nec puto, nec credo, Pamphile, nec sitio.

48. *De Ammiano.*

**N**ihil Ammiano præter aridam vestem

Moriens reliquit ultimis pater ceris.

Fieri putet potuisse quis, Maronille,

Ut Ammianus mortuum patrem nollet?

*In as*

49. *In avarum amicum.*

**M**illia misisti mihi sex, bis sena petenti:  
Ut bis sena feram, bis duodena petam.

50. *In Zoilum invidum.*

**N**unquam divitias Deos rogavi,  
Contentus modicis, meoque lætus,  
Paupertas, veniam dabis, recede.  
Causa est tam subiti, novique voti  
Pendentem volo Zoilum videre.

51. *In Varum.*

**A**d cœnam nuper Varus me fortè vocavit,  
Ornatus dives, parvula cœna fuit.  
Auro, non dapibus oneratur mensa: ministri  
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.  
Tunc ego, non oculos sed ventrem pascere veni.  
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

52. *In Nævolum.*

**S**ecuro nihil est te, Nævole, pejus, eodem  
Sollicito nihil est, Nævole, te melius.  
Securus nullos resalutas, despicias omnes.  
Nec quisquam liber, nec tibi gratus homo est.  
Sollicitus donas; Dominum, regemque salutas.  
Invitas, Esto Nævole sollicitus.

53. *In Symmachum medicum.*

**L**anguebam: sed tu comitatus protinus ad me  
Venisti centum, Symmache, discipulis.

Centum

Centum me tetigere manus, Aquilone gelatae.  
Non habui febrem, Symmache: nunc habeo.

54. *De Stella.*

Sardonychas, Smaragdos, adamantas, jaspidas u-  
Portat in articulo Stella, Severe, meus. (no  
Multas in digitis, plures in carmine gemmas  
Invenies: inde est hæc, puto, culta manus.

55. *Ad Gelliam.*

Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis,  
Formosus septem, Marce, diebus eris.  
Si non derides, si verum lux mea narras;  
Edisti nunquam, Gellia, tu leporem.

56. *De Crispo.*

Quadrantem Crispus tabulis, Faustine, supremis  
Non dedit uxori. Cui dedit ergo? Sibi.

57. *In Caussidicum.*

Carpere caussidicus fertur mea carmina: qui sit,  
Nescio: Si sciero, vae tibi caussidice.

58. *De Thaide & Lecania.*

Thais habet nigros, niveos Lecania, dentes.  
Quæ ratio est? emtos hæc habet, illa suos.

59. *De Bassa.*

Dicit formosam, dicit se, Bassa, puellam.  
Istud quod non est, dicere Bassa solet.

In Po-

60. *In Postumum.*

**Q**Uæ mihi præstiteris meminî, semperq; tenebo.  
 Cur igitur taceo, Postume, tu loqueris?  
 Incipio quoties alicui tua dona referre,  
 Prætinus exclamat, dixerat ipse mihi.  
 Non bellè quædam faciunt duo: sufficit unus  
 Huic operi: Si vis, ut loquar, ipse tace.  
 Crede mihi, quamvis ingentia, Postume, dones,  
 Auctoris pereunt garrulitate sui.

61. *Ad Cinnam.*

**C**UM voco te dominū, nolo tibi, Cinna placere:  
 Sæpe etiam servum sic resaluto meum.

62. *Ad Postumum.*

**C**RAS te victurum, cras dicis, Postume, semper.  
 Dic mihi, cras istud, Postume, quando venit?  
 Quàm longè cras istud, ubi est, aut unde petendum?  
 Nunquid apud Parthos, Armenios que latet?  
 Jam cras istud habet Priami vel Nestoris annos.  
 Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?  
 Cras vives: hodie jam vivere, Postume, serum est.  
 Ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri,

63. *In Pontilianum.*

**S**ÆPE salutatus, nunquam prior ipse salutas:  
 Sic erit: æternū, Pontiliane, vale.

64. *De Pompejo, & filiis.*

**P**OMPEJOS juvenes Asia, atque Europa, sed ipsura  
 Terra tegit Libyes: si tamen ulla tegit.



Quid mirum toto si spargitur orbe? jacere  
Uno non poterat tanta ruina loco.

65. *Ad Quinctum.*

Quæ legis causa nupsit tibi Lælia, Quincte,  
Uxorem potes hanc dicere legitimam?

66. *Ad Cinnam.*

Profecit poto Mithridates sæpe veneno,  
Toxica ne possent sæva nocere sibi.

Tu quoque cavisti cænando tam male semper;  
Ne posses unquam, Cinna, perire fame.

67. *Ad Gaurum.*

Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, senique  
Si sapias, & sentis; hic tibi ait, morere.

68. *In pessimos conjuges.*

Cum sitis similes, paresque vitâ,  
Uxor pessima, pessimus maritus,  
Miror non benè convenire vobis.

69. *In Læliam.*

Dentibus atq; comis, nec te pudet, uteris emtia.  
Quid facies oculo, Lælia? Non emitur.

70. *In Thelesinum.*

Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo,  
Idem; si pro me spondet agellus, habes. (ingr:  
Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,  
Credis colliculis arboribusque meis.

Ecce

Ecce reum Carus te detulit: Adsit agellus.  
Exilii comitem quæris? agellus cat.

71. *Ad Iulium.*

**S**I vitare velis acerba quædam,  
Et tristes animi cavere morsus,  
Nulli te facias nimis sodalem.  
Gaudebis minùs, & minùs dolebis.

72. *In Tuccam.*

**N**ON est, Tucca, satis, quòd es gulofus:  
Et dici cupis, & cupis videri.

73. *In habentem varios mores.*

**D**IFFICILIS, facilis; jucundus, acerbus es idem,  
Nec tecum possum vivere, nec sine te.

74. *Ad Atticillam.*

**D**ONAVI tibi multa, quæ rogâsti;  
DONAVI tibi plura, quàm rogâsti:  
Non cessas tamen usque me rogare,  
Quisquis nil negat, Atticilla, Fallet.

75. *Ad Priscum.*

**S**ÆPE rogare soles, qualis sim, Prisce, futurus,  
Si fiam locuples, simque repente potens:  
Quenquam posse putas mores narrare futuros?  
Dic mihi, si fias tu Leo, qualis eris?

76. *Ad Cecilianum.*

*Rusti-*

**R**ustica mereatus nummis sum prædia multis.  
 Mutua des centum, Cæciliane, rogo.  
 Nil mihi respondes, tacitum te dicere credo,  
 Non reddes: ideo, Cæciliane, rogo.

77. *In Marcum.*

**Q**uod non sit Pylades hoc tempore, non sit Ore-  
 Miraris? Pylades, Marce, bibebat idem. (Ites,  
 Nec melior panis, turdusve dabatur Oresti:  
 Sed par, atque eadem cæna duobus erat.  
 Tu Lucrina voras: me pascit aquosa Peloris:  
 Non minus ingenua est & mihi, Marce, gula.  
 Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit:  
 Vis te purpureum, Marce, ligatus amem?  
 Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem.  
 Hoc non fit verbis: Marce, ut ameris, ama.

78. *De Fabulla.*

**J**urat capillos esse, quos emit, suos  
 Fabulla; Numquid, Paulle, pejerat?

79. *De formica succino inclusa, (qualem ha-  
 bet à Io: Alb:technotheca Sigism.  
 Meienreisi.)*

**D**um Phaëthontea formica vagatur in umbra,  
 Implicuit tenuem succina gutta feram,  
 Sic modò quæ fuerat vitâ contenta manente,  
 Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

*In Cin-*

80. *In Cinnamum.*

**C**innam, Cinname, te jubes vocari.  
 Non est hic, rogo, Cinna barbarismus?  
 Tu si Furius antè dictus esses,  
 Fur istâ ratione dicereris.

81. *In Postumum.*

**N**on de vi, neque cæde, nec veneno,  
 Sed lis est mihi de tribus capellis.  
 Vicini queror has abesse furto;  
 Hoc iudex sibi postulat probari.  
 Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,  
 Et pericula Punici furoris,  
 Et Sullas, Mariosque, Muciosque  
 Magnâ voce sonas, manuque totâ,  
 Jam dic Postume, de tribus capellis.

82. *Ad Lycorim.*

**F**œmina præferri potuit tibi nulla Lycori:  
 Præferri Glyceræ fœmina nulla potest.  
 Hęc erit hoc, quod tu: tu nō potes esse, quod hęc est.  
 Tempora quid faciunt? hanc volo, te volui.

83. *In Calliodorum.*

**F**estivè crediste, Calliodore, jocari,  
 Et solum multo permaduisse sale.  
 Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes,  
 Sic te convivam posse placere putas.  
 At si ego non bellè, sed verè dixero quiddam:  
 Nemo propinabit, Calliodore, tibi.

Ad

84. *Ad Lupercum.*

**Q**uod convivaris sine me tam sæpe, Lupercæ:  
 Inveni, noceam quâ ratione tibi.  
 Irascar, licet usque voces, mittaſque rogesque.  
 Quid facies? inquis. quid faciam? veniam.

85. *In Phœbum.*

**M**entiris fictos unguento, Phœbe, capillos,  
 Et tegitur pictis sordida calva comis.  
 Tonforem capiti non est adhibere necessum:  
 Radere te melius spongia, Phœbe potest.

86. *In invidum.*

**L**audat, amat, cãtat nostros mea Roma libellos:  
 Meq; sinus omnis, me manus omnis habet.  
 Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit.  
 Hoc volo: nunc vobis carmina nostra placent.

87. *Ad Marianum.*

**S**cis te captari: scis hunc, qui captat, avarum:  
 Et scis qui captat, quid, Mariane, velit:  
 Tu tamen hunc tabulis hæredem, stulte, supremis,  
 Scribis, & esse tuo, vis, furiose, loco.  
 Munera magna quidem misit, sed misit in hamo.  
 Et piscatorem piscis amare potest?  
 Hiccine deflebit verò tua fata dolore?  
 Si cupis, ut ploret, des, Mariane, nihil.

88. *De Philippo.*

OEt a=

**O** Ctaphoro sanus portatur, Avite, Philippus.  
Hunc tu si sanum credis, Avite, furis.

89. *Ad Cæsarem.*

**D**I tibi dent, & tu Cæsar, quæcunque mereris:  
Di mihi dent, & tu, quæ volo; si merui.

90. *In Cinna.*

**P**rimum est, ut præstes, si quid te, Cinna, rogabo:  
Illud deinde sequens; ut citò, Cinna, neges,  
Diligo præstantem. non odi, Cinna, negantem,  
Sed tu nec præstas, nec citò, Cinna, negas.

91. *De Labieno.*

**H**æredem Fabius Labienum ex asse reliquit:  
Plus meruisse tamen se Labienus ait.

92. *Ad Lausum.*

**T**riginta toto mala sunt Epigrammata libro:  
Si totidem bona sunt, Lause, liber bonus est.

93. *Ad Sabellum.*

**Q**uod non insulsè scribis tetrasticha quædam.  
Disticha quòd bellè pauca, Sabelle, facis:  
Laudo: nec admiror: facilè est epigrammata bellè  
scribere: sed librum scribere, difficile est.

94. *In Baccharum.*

**S**i quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,  
Bis nobis dicis, Bacchara, terque die.

*Apel-*

Apellat rigidâ tristis me voce secundus:

Audis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.

Pensio te coram petitur clarèque palamque:

Andis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.

Esse queror gelidasque mihi tritaque lacernas.

Audis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.

Hoc opus est, subito fias ut sidere mutus.

Dicere ne possis, Bacchara, quid sit opus.

95. *Ad Castorem.*

Omnia, Castor, emis, sic fiet, ut omnia vendas.

96. *Ad Quintum.*

Solvere dodrantem nuper tibi, Quinte, volebat  
Lyppus Hylas. Luscus vult dare dimidium.

Accipe quamprimùm: brevis est occasio lucri.

Si fuerit cæcus, nil tibi solvet Hylas.

97. *Ad Priscum.*

Uxorem quare locupletem ducere nolim

Quæritis: uxori nubere nolo meæ.

Inferior matrona suo sit, Prisce, marito:

Non aliter fuerint fæmina virque paræ.

98. *Ad Gargilianum.*

Morio dictus erat: viginti millibus emi.

Redde mihi nummos, Gargiliane, sapite.

99. *Ad Sextum.*

Egi Sexte, tuam pactus duo millia causam:

Misti nummos, quot mihi? mille; quid est?

Narrasti

NARRASTI nihil, inquis, & à te prodita causa est:

Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

100.

*In Gallicum.*

INVITAS ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum.

Hybrida sum, si das, Gallice, verba mihi.

101.

*Ad Rusticum.*

ESSE tibi videor sævus, nimiumque gulosus,

Qui propter cœnam, Rustice, cædo cocum?

Si levis ista tibi flagrorum causa videtur,

Ex qua vis causâ vapulet ergo cocus?

102.

*Ad Faustinum.*

TRISTIS Athenagoras non misit munera nobis,

Quæ medio brumæ mittere mense solet.

An sit Athenagoras tristis, Faustine, videbo:

Me certè tristem fecit Athenagoras.

103.

*In Fabium & Crisillam.*

EFFERT uxores Fabius, Crisilla maritos,

Funcreamque toris quassat uterque facem.

Victores committe Venus, quos iste manebit

Exitus, una duos ut Libitina ferat.

104.

*In variè se tondentem.*

PARS maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est,

Pars vulsa est: unum quis putet esse caput?

165.

*De Aspro.**Formo-*



**F**ormosam planè, sed cæcus diligit Asper  
 Pl<sup>9</sup> ergo ut res est, quàm videt, Asper amat.

106. *In Catullam.*

**F**ormosissima quæ fuêre, vel sunt,  
 Sed vilissima quæ fuêre, vel sunt.  
 O quàm te fieri, Catulla vellem.  
 Formosam minus, aut magis pudicam.

107. *De Picente.*

**T**reis habuit dêtes, pariter quos expuit omnes.  
 Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum.  
 Collegitque sinu fragmenta novissima fracti  
 Oris, & aggestâ contumulavit humo.  
 Ossa licet quondam defuneti non legat hæres:  
 Hoc sibi jam Picens præstitit officium.

108. *In Fabullam.*

**O**mnes aut vetulas habes amicas,  
 Aut turpes, vetulisque foediore:  
 Has ducis comites, trahisque tecum  
 Per convivia, porticus, theatra.  
 Sic Formosa Fabulla, sic puella es.

109. *In Paullam.*

**N**ubere vis Prisco: non miror, Paulla, sapisti.  
 Ducere te non vult Priscus. Et ille sapit,

110. *In Afrum.*

**D**icere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,  
 Continuis volui quinque diebus Ave.

Non

Non vacat, aut dormit, dictum bis terque reverso.  
Jam satis est: non vis Afer avere. Vale.

**III.** *In Cantharum.*

**C**Ænes, Canthare, eum foris libenter;  
Clamas & maledicis, & minaris.

Deponas animos truces, monemus.

Liber non potes, & gulosus esse.

**II2.** *In Sabellum.*

**L**Audas balnea versibus trecentis  
Cænantis benè Pontici, Sabelle.

Vis cænare, Sabelle, non lavari.

**II3.** *In Gellium.*

**G**ELlius ædificat, semper, modò limina ponit,  
Nunc foribus claves aptat, emitque seras.

Nunc has, nunc illas mutat reficitque fenestras.

Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit:

Oranti nummos ut dicere possit amico

Unum illud verbum Gellius, *Ædifico.*

**II4.** *Ad Quinctum.*

**N**Atali tibi, Quincte, tuo dare parva volebam  
Munera; tu prohibes: imperiosus homo es.

Parendum est monitis, fiat, quod uterque jubemus:

Et quod utrumque juvat. Tu mihi, Quincte, dato.

**II5.** *Sutor.*

**D**Entibus antiquas solitus producere pelles,  
Et mordere luto putre vetusque solum.

*Ad*

116. *Ad Picentinum.*

**F**unera post septem nupsit tibi Galla virosum,  
Picentine: sequi vult puto Galla viros.

117. *Adulatur Domitiano.*

**A**d cœnam si me diversa vocaret in astra  
Hinc invitator Cæsaris, inde Jovis.  
Astra licet propius, pallatia longius essent,  
Responsa ad Superos hæc referenda darem:  
Quærite qui malit fieri conviva Tonantis:  
Me meus in terris Juppiter ecce tenet.

118. *De Paulla.*

**N**ubere Paulla cupit nobis. Ego ducere Paullam  
Nolo. Anus est. Vellem, si magis esset anus.

119. *Ad Sextum.*

**S**cribere, quæ vix intelligat ipse Modestus,  
Et vix Cajanus, quid rogo, Sexte, juvat?  
Non lectore tuis opus est, sed Apolline libris:  
Judice te major Cinna Marone fuit.  
Sic tua laudentur. Sanè mea carmina, Sexte,  
Grammaticis placeant, & sine grammaticis.

120. *De M. Antonio.*

**A**mpliat ætatis spacium sibi vir bonus. Hoc est  
Vivere bis, vitâ posse priore frui.

121. *Ad Philerotem.*

**S**eptima iam, Phileros, tibi conditur uxor in agro:  
Plus nulli, Phileros, quàm tibi reddit ager.

B

Ad

122. *Ad senem orbum.*

**O**Rbus es, & locuples, & Bruto consule natus,  
Esse tibi veras credis amicitias?  
Sunt veræ: sed quas juvenis, quas pauper habebas.  
Qui novus est, mortem diligit ille tuam.

123. *De Charino.*

**S**Enos Charinus omnibus digitis gerit,  
Nec nocte ponit annulos.  
Nec cum lavatur. Causa quæ sit, quæritis?  
Dactyliothecam non habet.

124. *In Faustum.*

**N**escio tam multis quid scribas, Fauste, puellis:  
Hoc scio, quod scribit nulla puella tibi.

125. *In Maronem.*

**N**il mihi das vivus: dicis post fata daturum.  
Si non es stultus, scis, Maro, quid cupiam.

126. *Ad Pætum.*

**S**olvere, Pæte, decem tibi me sestertia cogis:  
Perdiderat quoniam Bucco ducenta tibi.  
Ne noceant, oro, mihi non mea crimina: Tu qui  
Bis centena potes perdere, perde decem.

127. *Ad Sosibianum.*

**N**emo habitat gratis, nisi dives & orbis apud te.  
Nemo domum pluris, Sosibiane, locat.

128. *In Parthenopæum.*

**L**eniat ut fauces medicus, quas aspera vexat  
Assiduè tussis, Parthenopæe, tibi:

Mella dari nucleosque jubet, dulcesque placentas,

Et quicquid pueros non finit esse truces:

At tu non cessas totis tussire diebus.

Non est hæc tussis, Parthenopæe; gula est.

129. *In Zoilum.*

**M**entitur, qui te vitiosum, Zoile, dicit:

Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.

130. *De Ligéa.*

**T**oto vertice quot gerit, capillos

Annos si tot habet Ligéa, trima est.

131. *In Lentinum.*

**Q**uare tam multis à te, Lentine, diebus

Non abeat febris, quæris, & usque gemis.

Gestatur tecum fellâ, pariterque lavatur:

Cænat boletos, ostrea, sumen, aprum.

Ebria Setino fit sæpe, & sæpe Falerno:

Nec, nisi post niveam, Cæcuba potat, aquam.

Circumfusa rosis & nigra recumbit amomo,

Dormit & in pluma, purpureoque toro.

Cum sit tam pulchrè, tam bellè vivat apud te,

Ad Damnam potiùs vis tua febris eat?

132. *De Philænide.*

**Q**uàm sit lusca Philænis indecenter

Vis dicam breviter tibi, Fabulle?

Esset cæca decentior Philænis.

133. *In Tuccam.*

**S**cribebarrus epos; cœpisti scribere: cessi,  
 Æmula ne itarent carmina nostra tuis.  
 Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos:  
 Aptasti longum tu quoque Syrma tibi.  
 Fila lyræ movi doctis exculta Camenis;  
 Pleetra rapis nobis ambitione novâ.  
 Audemus Satyras; Lucilius esse laboras:  
 Ludoleves elegos; tu quoque ludis idem.  
 Quid minus esse potest? Epigrammata fingere cœpi:  
 Hinc etiam petitur iam mea fama tibi.  
 Elige quid nolis. Quis enim pudor omnia velle?  
 Et si quid non vis, Tucca, relinque mihi.

134. *In Effrontem.*

**O**Satavi, patruī nāsum, duo lumina patris,  
 Et matris gestus dicis habere tuæ.  
 Cum referas priscos, nullamq; in corpore partem  
 Mentiris, frontem, dic mihi, cuius habes?

135. *In Callistratum.*

**S**um fateor, semperque fui, Callistrate, pauper,  
 Sed non obscurus, nec malè notus eques.  
 Sed toto legor orbe frequens: & dicitur; Hic est.  
 Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.  
 At tua centenis incumbunt tecta columnis,  
 Et libertinas arca flagellat opes.  
 Magnaque Niliacæ servit tibi gleba Syenes:  
 Tondet & innumeros Gallica Parva greges.  
 Hoc ego, tuq; sumus: Sed quod sum, non potes esse.  
 Tu quod es, è populo quilibet esse potest.

Ami-

136. *Amicis esse donandum.*

**E**Xtra fortunam est, quicquid donatur amicis.  
Quas dederis, solas semper habebis opes.

137. *De Tongiliano.*

**T**ongilianus habet nasum: scio, non nego: sed jã  
Nil præter nasum Tongilianus habet,

138. *In detractorem.*

**N**asutus sis usque licet, sis denique nasus,  
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas;  
Et possis ipsum tu deridere Latinum:

Non potes in nugas dicere plura meas,  
Ipse ego quàm dixi. Quid dentem dente juvabit  
Rodere? Carne opus est, si fatur esse velis,

Ne perdas operam: qui se mirantur, in illos  
Virus habe: Nos hæc novimus esse nihil.

Non tamen hoc nimium nihil est, si candidus aure,  
Nec matutinâ si mihi fronte venis,

139. *Betæ.*

**U**T sapiant fatuæ, fabrorum prandia, betæ;  
O quàm sæpe petet vina, piperque cocus!

140. *Anas.*

**T**Ota quidem ponatur anas: sed pectore tantû,  
Et cervice sapit. Cætera redde coco.

141. *Glis.*

**T**Ota mihi dormitur hiems, & pinguior illo  
Tempore sum, quo me nil nisi somno alit.

142. *Cuniculus.*

**G**Audet in effossis habitare cuniculus antris.  
Monstravit tacitas hostibus ille vias.

143. *Gallina altilis.*

**P**ascitur & dulci facilis gallina farinâ,  
Pascitur & tenebris. Ingeniosa gula est.

144. *Pavo.*

**M**iraris, quoties gemmantes explicat alas;  
Et potes hunc sævo tradere dure coco?

145. *Caprea.*

**P**endentem summâ capream de rupe videbis;  
Casuram speres: Decipit illa canes.

146. *Dama.*

**D**ente timetur aper; Defendunt cornua cervum;  
Imbelles damæ, quid nisi præda sumus?

147. *Lepus.*

**I**nter aves turdus, si quis, me iudice, certet;  
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

+8. *Gobius.*

**I**n Venetis sint lauta licet convivium terris,  
Principium cœnæ gobius esse solet.

149. *Aurata.*

**N**on omnis laudem pretiumq; Aurata meretur:  
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

150. *Cycnus.*

**D**ulcia defectâ modulatur carmina linguâ  
Cantator Cycnus funeris ipse sui.



151. *Muræna.*

**Q**uæ natat in Siculo grandis muræna profundo,  
Non valet exustam mergere Sole cutem.

152. *Rhombus.*

**Q**uamvis lata gerat patella rhombum:  
Rhombus latior est tamen patellâ.

153. *Scarus.*

**H**ic Scarus, æquoreis qui venit obesus ab undis,  
Visceribus bonus est. Cætera vile sapit.

154. *Turtur.*

**D**um pinguis mihi turtur erit; lactuca valebis,  
Et cochleas tibi habe. Perdere nolo famem.

155. *Perdix.*

**P**onitur Ausoniis avis hæc rarissima mensis.  
Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

156. *Simila ex tritico.*

**N**ec poteris similæ dotes numerare, nec usus:  
Pistori toties cum sit & apta coco.

157. *Ficedula.*

**C**erea quæ patulo lucet ficedula lumbo,  
Cum tibi fortè datur, si sapis, adde piper.

158. *Lactuca.*

**C**laudere quæ cænas lactuca solebat avorum,  
Dic mihi, cur nostras incoat illa dapes?

B 4

Cydo-

159. *Cydonia.*

**S**i tibi Cceropio saturata Cydonia melle  
Ponantur: Dicas hæc melimela licet.

160. *Hædi.*

**L**ascivum pecus, & viridi non utile Baccho  
Dat pœnas. Nocuit nam tener ille deo.

161. *Porcellus lactens.*

**L**acte mero pastum pigræ mihi matris alumnum  
Ponat, & Ætolo de sue dives edat.

162. *Caseus Lunensis.*

**C**aseus Etruscæ signatus imagine Lunæ  
Præstabit pueris prandia mille meis.

163. *Colostrum.*

**S**urripuit pastor quæ nondum stantibus hædis  
De primo matrum lacte colostrum damus.

164. *Panes picentini.*

**P**icentina Ceres niveo sic nectare crescit,  
Ut levis acceptâ spongia turget aquâ.

165. *Lucanica.*

**F**ilia Picenæ venio Lucanica porcæ:  
Pultibus hinc niveis grata corona datur.

166. *Vnguentum.*

**U**nguentum hæredi nunquã, nec vina relinquo.  
Ille habeat nummos. Hæc tibi tota dato.

*Char-*

167. *Chartæ Epistolares.*

**S**eu leviter noto, seu caro missa sodali,  
Omnes ista solet charta vocare SUOS.

168. *Theca calamaria.*

**S**ortitus thecam, calamis armare memento:  
Cætera nos dedimus, tu leviora para.

169. *Dentiscalpium.*

**L**entiscum melius: Sed si tibi frondea cuspis  
Defuerit, dentes penna levare potest.

170. *Pecten ad Calvum.*

**Q**uid faciet nullos hinc inventura capillos,  
Multifido buxus quæ tibi dente datur?

171. *Venabula.*

**E**xipient apros, expectabuntque leones:  
Intrabunt ursos: sit modò firma manus.

172. *Falx ex ense.*

**P**ax me certa Ducis placidos curvavit in usus.  
Agricolæ nunc sum, Militis ante fui.

173. *Candelabrum ligneum.*

**E**sse vides lignum: Serves nisi lumina, fiet  
De candelabro magna lucerna tibi.

174. *Pila trigonalis.*

**S**i me nobilibus scis expulsare sinistris,  
Sum tua: Si nescis, rustice, redde pilam.

B 5

Musca

175. *Muscaria pavonina.*

**L** Ambere quæ turpes prohibet tua prandia mu-  
Alitis eximiae cauda superba fuit. (scas,

176. *Porcus.*

**I** Ste tibi faciet bona Saturnalia porcus,  
Inter spumantes ilice pastus apros.

177. *Pica.*

**P** ica loquax certâ dominum te voce saluto:  
Si me non videas, esse negabis avem.

178. *Ferula.*

**I** Nvisæ nimum pueris, gratæque magistris,  
Clara Prometheo munere ligna sumus.

179. *Vasa Crystallina.*

**F** Rangere dum metuis, frangis crystallina: peccât  
Securæ nimum, sollicitæque manus.

180. *Nives.*

**N** On potare nivem, sed aquam potare rigentem  
De nive, commenta est ingeniosa sitis.

181. *Panula scortea.*

**I** Ngrediare viam cœlo licet usque sereno;  
Ad subitas nusquam scortea desit aquas.

182. *Cervical.*

**T** Inge caput nardi folio, cervical olebit:  
Perdidit unguentū cum coma, pluma tenet.

183. *Cithara.*

**R**Eddidit Eurydicen vati, sed perdidit ipse,  
Dum sibi non credit, nec patienter cimat.

184. *Virgilius in membrana.*

**Q**uàm brevis immensum cepit membrana Maro.  
Ipsius vultus prima tabella gerit. (nem?)

185. *Cicero in membranis.*

**S**i comes ista tibi fuerit membrana, putato  
Carpere te longas cum Cicerone vias.

186. *Livius in membranis.*

**P**ellibus exiguis arétatur Livius ingens,  
Quem mea non totum bibliotheca capit.

187. *Lucanus.*

**S**unt quidam, qui me dicunt non esse poëtam.  
Sed, qui me vendit, bibliopola putat.

188. *Catullus.*

**T**antum magna suo debet Verona Catullo,  
Quantum parva suo Mantua Virgilio.

189. *Catella Gallicana.*

**D**elicias parvas si vis audire Catellæ,  
Narranti brevis est pagina tota mihi.

190. *Canis Vertagus.*

**N**on sibi, sed domino venatur vertagus acer,  
Illæsum leporem qui tibi dente feret.

191. *Propertius.*

**C**ynthia facundi carmen juvenile Propertii  
Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

192.

*Notarius.*

**C**urrant verba licet, manus est velocior illis:  
Nondum lingua suum dextra peregit opus.

193.

*Morio.*

**N**on mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa.  
Quisquis plus justo non sapit, ille sapit.

194.

*Pumilio.*

**S**i solum spectes hominis caput, Hectora credes:  
Si stantem videas, Astyanacta putes.

195.

*Accipiter.*

**P**rædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: Idē  
Decipit, & captas non sibi mœret aves.

196.

*Cocus.*

**N**on satis est ars sola coco, servire palato:  
Namque cocus domini debet habere gulam.

197.

*Dactylorhœca.*

**S**æpe gravis digitis elabitur annulus unctis:  
Tuta meâ fiet sed tua gemma fide.

198.

*Suum cuiq; pulcrum.*

**R**oma magis fuscis, vestitur Gallia rufis:  
Et placet hic pueris, militibusque color.

199.

*Obsonator.*

**D**ic, quis sis? quanti cupias cœnare? Nec unum  
Addideris verbum, Cœna parata tibi est.

200.

*Lucerna polymyxos.*

**I**llustrem cum tota meis convivia flammis,  
Totque geram myxos, una lucerna vocor.

Ingenui vultus puero, ingenuique pudoris,

SIGISMUNDO MEIEN-  
reisio: Andreae, Cos. Elbingen.

ampliss. Filio, Lobsenae jam Po-  
lonizanti.

**P**rimis ab incunabulis statim imbui  
Discentium mentem optimis

Sententiis puto debere; in omnibus

Vti quibus actionibus

Queant adulti cum laude atq; gloria,

Suoq; saepe commodo.

Et hinc tuos in usus haec collegeram,

SIGEMVNDE, cum non infima

Esset meae mensae Scholaeq; portio,

Vt illa praesens disceres.

At nunc quid obstat, hic quod est natum tibi,

Istic minus quo serviat?

Tuum hoc vocare jure Munus optimo

Potes. Tuum est. Bene utere.

Tuis cave sed cistulis dari id putes;

Vt sedulo legas, datur.

Jo. Albinus. H. T.

Adole-

**A**dolescentis est, maiores natu vereri.  
**A**micus verus thesaurus est magnus.  
**A**nimus æquus optimum est ærumnæ condimentū.  
**A**b alio exspectes alteri quod feceris.  
**A**sinus mavult stramina, quàm aurum.  
**A**dulatio maxima in amicitia pestis.  
**A** mente bonâ bonæ proficiscuntur actiones.  
**A**ut amat, aut odit mulier, nihil est tertium.  
**A**varus, nisi cum moritur, nihil rectè facit.  
**A**dversa cui fors, huic amici sunt procul.  
**A** foeminâ differre foeminam haud putes.  
**A**rcana amici ne per iram prodito.  
**A**gricola semper in proximum annum dives est.  
**A**nus cum ludit, morti delitias facit  
**A**mans quod suspicatur vigilans, somniat.  
**A**uxilia humilia firma consensus facit.  
**A**varo quid mali optes, nisi ut vivat diu?  
**A**micus certus in re incertâ cernitur. (dent.  
**A**udaces etiâ fugiunt, quando propè jam mortē vi-  
**A**rcum intensio frangit, animum remissio.  
**A**lius alio plura invenire potest, nemo omnia.  
**A**d poenitendum properat, citò qui judicat.  
**A**micos res opimæ parant, adve, sæ probant.  
**A**nimus vereri qui scit, scit tutò aggredi.  
**A**rcanum verbum in pectore contine.  
**A**lium silere quod voles, priùs sile.  
**A**ger animus falsa pro veris videt,

Æqnam



Equam memento rebus in arduis servare mentem.  
 Ars prima regni est, posse invidiam pati.  
 Absentem lædit, qui cum ebrio litigat.  
 Avarus animus nullo satiatur lucro.  
 Avarus ipse miseriam causa est suæ.  
 Ames parentem, si æquus est: Sin aliter, feras.  
 Audere impossibilia non est sapientis.  
 Abjecto animo esse cogit infelicitas.  
 Architecti malorum consiliorum malo fine pereunt.  
 Atrocia delicta à Deo atrocibus poenis puniuntur.  
 Atrocia delicta sequuntur atroces poenæ.  
 Æqualitas non parit bellum.  
 Amor & melle & felle est foecundissimus.  
 Acerbum est pro benefactis mali messem metere.  
 Amantium iræ amoris redintegratio est.  
 Ad consilium ne accesseris, antequam voceris.  
 Alienas literas, loculos, ollas ne inspexeris.  
 Audiendi magis, quàm loquendi studiosus esto.  
 Apparet ex familiâ, quæ sit patrisfamilias œconomia.  
 Animus dantis sæpius pro dono habendus est (mia.  
 Altissima quæque flumina minimo sono labuntur.  
 Animo per libidines corrupto nihil honestum inest.  
 Avarorum divitiæ, ut Sol post occasum, neminem  
 mortalium delectant.

## B.

Beatissima civitas est, quæ à sapientibus regitur.  
 Bonis quod benefit, haut perit.  
 Beneficium citò datum dulcius est.  
 Bis est gratum, quod opus est, ultrò si offeras.

Bono probari malo, quàm multis malis.  
 Bonum apud virum citò moritur iracundia.  
 Bonum præceptorem esse oportet, qui stultos cogere possit rectè sapere.  
 Bonos viros nihil maledicta vulnerant.  
 Bonæ leges ex malis moribus natæ sunt.  
 Beneficium non multis sermonibus opus habet.  
 Benignus etiam dandi causam cogitat.  
 Bis peccas, cum peccati obsequium accommodas.  
 Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.  
 Bene vivere omnes cupimus, at non possumus.  
 Beneficium qui dare nescit, injustè petit.  
 Benefacta malè locata, malefacta arbitror.  
 Bis interimitur, qui suis armis perit.  
 Bona mors est, quæ extinguit vitæ mala.  
 Beneficium se dedisse qui dicit, petit.  
 Bene poti & divites & fortunati sibiipsis videntur.  
 Beneficium dando accepit, qui digno dedit.  
 Bis vincit, qui se vincit in victoria.  
 Beneficia plura recipit, qui scit reddere.  
 Benedictibus nihil habeo, quod contradicam.  
 Beneficium accipere, libertatem vendere est.  
 Bonum quod est, supprimitur, nequaquam extinguitur.  
 Beneficium dignis ubi das, omnes obligas.  
 Bene cogitata si excidunt, non occidunt.  
 Bonus animus in re malâ dimidium est mali.  
 Bonus animus læsus graviùs multò irascitur.  
 Bonis noceat, quisquis pepercerit malis.

Bonum

Bonum virum decipere gravissimum est.

Balbus balbum rectius intelligit.

Bona educatio affert verecundiam.

Bonum est fugienda aspicere alieno in malo.

Bonum, malum fit, tempore haud datum suo.

Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.

Beatus ille, qui fortunatus domi manet.

Bene dormit, qui non sentit, quam malè dormiat.

Benignum & plenum ingenui pudoris est, fateri per  
quos profeceris.

Beneficum esse oratione nihil est, si ad rem auxilium  
est emortuum.

Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere.

Boni mores divitiis omnibus præferuntur,

Benignus est nocentem absolvere, quàm innocentem con-

Beneficii accepti memor esto. (demnare.)

Bellum honestum turpi paci præferendum est.

## C.

Certiora quæ videntur, quàm quæ audiuntur.

Credendum non citò est, quod dicitur.

Credenda cunctis esse cuncta ne putes.

Contemptus est pauper, etiamsi iusta dixerit.

Consuetudo in rebus omnibus semper est potentissima.

Concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ maximæ

Corrigere naturam malam, difficile est. (dilabuntur.)

Castitas animæ corporis est purgatio.

Curiosus nemo est, qui non sit malevolus.

Comes facundus in via pro vehiculo est.

Cum

Cum hominibus pacem, bella cum vitiis habe.

Citiùs venit periculum, cum contemnitur.

Casus veteres non sunt deplorandi novis lacrymis.

Canis indices ætatis, haud prudentiæ.

Coram sene modestè loquendum.

Cita mors facilima homini misero.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

Cavendi nulla est dimittenda occasio.

Consiliò melius vinctes, quàm iracundiâ.

Cum amicis prosperè agere jucundum est.

Compositum & modestum illum esse decet, qui a-  
lienâ mensâ fruitur.

Comitas vocatur hodie ipsa adulatio.

Castiga amicum clanculum, laudato palàm.

Conviva amicus amico ultrò etiam venit.

Canes plurimùm latrantes, rarò mordent.

Cui nusquam domus est, sine sepulcro est mortuus.

Cui pl<sup>9</sup> licet, quàm par est, plus vult, quàm licet.

Citò improborum læta in perniciem cadunt.

Cæca & infelix est hominum vita.

Calcat jacentem vulgus, invisum opprimit.

Conqueri fortunã adversam, non lamentari decet.

Cultura agrorũ universo generi humano salutaris est

Commorandi nobis natura diverforium, non habi-

Calamitosa dom<sup>9</sup> inops cõsili<sup>9</sup> redditur. (tãdi dedit.

Causa proxima magis attenditur, quàm remota.

Cessante causâ impeditenti, cessat impedimentum.

Calamitates adversus virtutem sunt, q<sup>9</sup> adverso solè

Conscientia virtuti satis amplũ theatrũ est. nebula.

Corru-

Corruptissimâ republicâ plurimæ leges.  
 Canis timidus vehementiùs latrat, quàm mordet.  
 Convicia si irascare, agnita vidētur; spreta exolescūt.  
 Contemptu famæ contemnuntur virtutes.  
 Continuò timere excedit omnem calamitatem.  
 Cadente quercu quivis ligna colligit.

## D.

Dissidentes facilè superâtur, concordés haud facilè.  
 Deo, parentibus, & præceptorib. nō redditur æqui-  
 ditescere omnes volumus, at non possumus. (valēs.  
 Durum senectus est onus mortalibus.  
 Decet virum bonum obedientem esse magistratui.  
 Ditescere qui properat, inops fit citò.  
 Damnaveris nullum causâ non cognitâ.  
 Discipulus est prioris posterior dies.  
 Decet verecundum esse adolescentem.  
 Dediscit animus serò, quod didicit diu.  
 Discordiâ fit carior concordia.  
 Dulce & decorum est pro patriâ mori.  
 Demens superbis invidet felicibus.  
 Dat ille veniam facilè, cui veniâ est opus.  
 Deteriores omnes sumus licentiâ.  
 Dulcior est fumus patriæ, quàm ignis alienus.  
 Demens dolorem ridet infeliciam.  
 Deliberare utilia, mora tutissima est.  
 Doctrina mores esse non finit feros.  
 Doctrina domino haud eripi suo potest.

Diu

Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius.  
 Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.  
 Disce dominantis imperia rectè pati.  
 Doctus doctiorem sese alium reperiet.  
 Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.  
 Difficilem oportet aurem habere ad crimina.  
 Diu latere non queunt mendacia.  
 Deo, si verè est Deo, nec sacrificiis, nec donariis eget.  
 Deo favente vimen est ratis loco. (impellitur.  
 Dum in dubio est animus, paullo momèto huc illuc  
 Deus malum dat principem propter populi scelera.  
 Dei justitia poenæ tarditatem gravitate compensat.  
 Deus est summum bonum.  
 Dexteræ semper p̄ sede & domicilio fidei habita est.  
 Difficile est homini in hominem imperium.  
 De Deo optimè existimare, est pietatis exordium.  
 De fide cujusque magis oculis, quàm auribus crede.  
 Dos dum sit, nullum vitium vitio vertitur.

## E.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum.  
 Ensis vulnerat corpus, sed animum oratio.  
 Ego illum periisse puto, cui periit pudor.  
 Ex moribus, non pulcritudine judicandum est.  
 Eripere telum, non dare irato decet.  
 Est longa vita plena multis casibus.  
 Errata sua nemo facilè agnoscit.  
 Ex aliorum erratis ipsi simus cautiores.  
 Errantium multitudo non parit errori patrocinium.

Ex ho-

Ex hominum questu facta fortuna est Dea.  
 Est & fideli tuta silentio merces.  
 Est honesta turpitudine pro bona causa mori.  
 Est profectò Deus, q̄ quæ nos gerim⁹, auditq; & videt.  
 Etiam oblivisci quis sis, interdum expedit.  
 Ego si bonam famam servaſſo, ſat ero dives.  
 Esto contentus præſentibus, & ab alienis abſtine.  
 Etiam hoſti eſt æquus, qui habet in conſilio fidem.  
 Eodem animo beneficium debetur, quo datur.  
 Eſt Deus ubique, & idem ſpectat omnia.  
 Errare commune eſt omnibus.  
 Exercitatio omnium rerum hominibus fit magiſtra.  
 Etiam celeritas in deſiderio mora eſt.  
 Etiam capillus unus habet umbram ſuam.  
 Excelsis multò faciliùs caſus nocet.  
 Et deeſt, & ſuperat miſeris cogitatio. (bonis.  
 Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, atq; invidcant  
 Ex defendēdo, quã accuſando uberior gloria q̄ritur.  
 Extra vocationem tentata non ſunt felicia.  
 Etiam ignavi turbas movere poſſunt.  
 Eſſe, quã videri probus mâlis. (men accederet.  
 Exempla omnia jacerent in tenebris, niſi literarũ lu-  
 Errant, qui in bello omnes ſecundos rerum eventus  
 exſpectant. (mentia eſt.  
 Exſpectare dum hoſtium copiæ augētur, ſumma de-

## F.

Fidem qui perdidit, omnia perdidit.  
 Fati lege immobilis rerum humanarũ ordo ſeritur.  
 Fatum

Fatum est sanctio & velut vox divinæ mentis.  
 Fugiendo in media sæpe fata ruitur.  
 Famulatur omne, quicquid est, prudentiæ.  
 Firmissimum id imperium, quo obedientes gaudent.  
 Fatum neq; ignis, neque ferreus murus arcere potest.  
 Facilitas auctoritatem, severitas amorem minuit.  
 Fames, & mora bilem in nasum conciunt.  
 Fraus dstringit, non dissolvit perjurium.  
 Frustra sapit, qui sibi non sapit.  
 Fortis animi est, non perturbari in adversis.  
 Facilè omnes, cùm valemus, recta consilia ægrotis  
 Formosa mulier plena res superbiæ. (damus,  
 Fames dolorum maximus mortalibus.  
 Facinus fatetur is, qui iudicium fugit.  
 Falsum maledictum malevolum mendacium est.  
 Formosa facies muta commendatio est.  
 Feras, quod lædit, ut, quod prodest, perferas.  
 Famam libenter opibus anteposito. (bonum.  
 Facilius est mutare bonū in malū, quàm malum in  
 Fames docere multa mortales solet.  
 Florem decoris singuli carpunt dies.  
 Felix, boni cui contigerunt liberi.  
 Fames omnia facit dulcia, præter seipsam.  
 Felix criminibus nullus erit diu.  
 Forma mulierem ornat, virum autem virtus.  
 Frustra, cùm ad senectā ventū est, repetes adolescē-  
 Fami ulla verba contradicere haud potes. (tiam.  
 Felix improbitas, optimorum calamitas.  
 Fraus est accipere, quod non possis reddere.

Frustra



Frustra rogatur, qui non potest mitescere precibus.

Frugi convenit esse hominem, pectus cui sapit.

Frons, oculi, vultus sepe mentiuntur, oratio verò sæ-

Fortuna nimium quem fovet stultum facit. (pissimè.)

Fortis fortiozem sese alium reperiet.

Fortuna opes auferre, non animum potest.

Festo die si quid prodegeris, profesto egebis.

Fortuna belli semper ancipiti in loco est.

Fac fidelis sis fideli, cave fidem fluxam geras.

Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

Fidem secunda poscunt, adversa exigunt.

Fortuna fortes metuit, ignavos premit.

Furibus idonea est nox; Veritati lux.

Fortuna cum blanditur, captatum venit.

Facilia sunt cuncta viris sapientibus.

Fortuna vitrea est, quæ, cum splendet, frangitur.

Felix ille, quem bona sublevat fama.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Fortunam citius reperias, quam retineas.

Fortunam ut ars, fortuna ita artem amat invicem.

Flamma fumo est proxima.

Facile est miserum irridere, (bonæ.)

Felix cuicunq; conjugium prosperè successit uxoris

Felix & ille, qui nullam duxit.

## G.

Garrulitas stultitiæ & mendacii est argumentum.

Gemitus oppressorum exaudit Deus.

Gloria pecuniis non emitur.

Gloriæ

Gloriæ fundamentum est labor.

Gravis animi poena est, quem post factum poenitet.

Garrulitas est deambulatio linguæ.

Gloriam non facile assequeris sine laboribus.

Grave crimen, etiam cum dictum est leviter, nocet.

Gloriâ vanâ nihil est miserabilius.

Gravissima est probi hominis iracundia.

Garrulo homini tacere gravissimum onus est.

Gravis animus dubiam non habet sententiam.

Gloriosum est viro juveni, præmium è certamine reportare.

Gravis fastus ex improbi hominis opinione nascitur.

Gratificatur multa Deo piorum hominum precibus.

Gravius nocet, quodcunque inexpertum accidit.

Gratiosa res est homo, si homo sit.

Grave præjudicium est, quod iudicium non habet.

Gratia parit gratiam.

Gaudium dolori junctum.

Graves sunt regum minæ, gravis ira.

## H.

Hostem beneficiis vincere, optima est ultio.

Homo avarus quicquid agit, properat omnia.

Homines juvare, prout possis, præstantissimus labor

Honesta fama alterum est patrimonium. (est.

Heri probitas familiam etiam reddit probiorem.

Humilis fortuna tutior est, quàm excelsa.

Hosti fugienti pons sternendus est.

Habet suum venenum blanda oratio.

Homo

Homo vitæ commodatus, non donatus est.

Habebo amicos, si habuero pecuniam.

Homo extra corpus est suum, cum irascitur.

Habet in adversis auxilia, qui in secundis cōmodat.

Hominem experiri multa paupertas jubet.

Haud pondus ullum pauperum verbis inest.

Homo semper in sese aliud fert, in alterum aliud co-

Hæredem scire utilius est, quā quærere. (gitat.

Homo, qui in homine calamitoso est misericors, cō-  
sulit sibi. (sis quæri!

Hei quàm miserum est, ab eo lædi, de quo non pos-

Hominis mores & ingeniū oratione cognoscuntur.

Haud turpe mori equidem, mori sed turpiter.

Homo nullus est, qui non amicus sit sibi.

Hei quàm miserum est, alterius arbitriō mori!

Homo toties moritur, quoties amittit suos.

Haud ulla res preciosior sapientiā.

Honesta scire cuncta, præstantissimum.

Homo fortunatus, sed imprudens, onus est grave.

Hunc laborem sumas, laudē qui tibi ac fructū ferat.

Honestum est leges sequi patrias.

Hi qui Deum colunt, spes bonas habent ad salutem.

His nunc præmium est, qui recta prava faciunt.

Homo cum sis, fortunam memineris communem.

Honestè servit, qui succumbit tempori.

Haud misero amicus ille, qui beatus est.

Hoc tibi erit argumentum semp̄ in promptu situm.

Ne qd exspectes amicos, quod tu agere possis.

Haud æquum facit, qui, quod didicit, id dediscit.

C

Hæc

Hæc sunt ventri stabilimenta, panis, & assa bubula.  
 Hic poterit cavere rectè, jura qui & leges tenet.  
 Homines, nihil agendo, malè agere discunt.  
 Homine imperito nihil quidquam injustius.  
 Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.  
 Homines facilè errare possunt in consiliis.  
 Honestum civile est, cui corpus nimis carum est.  
 Honor non auctoritati, sed meritis tribuendus. (nè.  
 Habet præteriti doloris secura recordatio delectatio.

## I.

Insperata accidunt magis sæpe, quàm quæ speres.  
 Ingratitudo omnia vitia in se complectitur.  
 In alienis vitiis sumus oculati, in nostris cæci.  
 Ingentes opes non parantur sine fraude.  
 Id facere laus est, quod decet, non quod libet.  
 In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet.  
 Iracundiã q̄ vincit, hostem superat maximũ, (bonæ.  
 Is probus est, quẽ non pœnitet, quã probus sit, & frugi  
 Invidia gloriam rerum gestarum comitatur.  
 Inimici famam, non ita ut nata est, ferunt.  
 Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.  
 Invidere, alii bene esse, tibi malè esse, miserum est.  
 Ita agas, ut ne quis merito te tuos oderit.  
 Invidiam ferre, aut felix, aut fortis potest.  
 Inimicum ulcisci, vitam est accipere alteram.  
 Illud est vivere, non sibi soli vivere.  
 Inopiæ desunt pauca, avaritiæ omnia.  
 Inviçtũ eũ dicas, q̄ multum bibēs nihil vani dixerit.

In vi di

Invidi obtrectatione veluti obsonio pascuntur.  
 Inter virgines virgineis utere moribus.  
 Ingenui viri est vera dicere.  
 Injuriarum remedium est oblivio.  
 Illiterati quod vident, id non vident.  
 Inertis est nescire, quid liceat sibi.  
 Imperitus tacendo sapientissimum se præstat.  
 In bono hospite atq; amico quæstus est, q̄ sumitur.  
 Ignoscas aliis multum, nihil tibi.  
 Ignoscere humanum, ubi pudet cui ignoscitur.  
 Ira homini calamitoso non est utilis.  
 Ineptit, qui rogat eum, q̄ nō potest mitescere p̄cibus.  
 Ingenuitatem lædis, cum indignum rogas.  
 Incede rectam, si vir es, justus, viam.  
 Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit.  
 Ingratus ille, qui beneficii est immemor.  
 Ingratus unus miseris omnibus nocet.  
 Ingrato homine terra nihil pejus creat.  
 Insuperabilis est à mortali homine Deus.  
 In vindicando criminosa est celeritas.  
 In impiis etiã quandoq; sunt dona Dei sine Deo.  
 Invenile vitium est, regere non posse impetum.  
 Iusti mores peculium sunt preciosissimum.  
 In ius parit ius, injuria injuriam.  
 In ætate nulla major est, quàm temporis.  
 In iudex æquitatem ante oculos semper habere debet.  
 In iustū est inherere rigori, sed iustis æquitatē amplecti.  
 In iurgiis Resp. læditur, & sæpè confunditur.  
 In imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus.

Imperium iis artibus facilimè retinetur, quibus ini-  
tione partum est.

Invisa nemo imperia retinuit diu.

Iniquissima pax justissimo bello anteferenda est.

In multis contra omnes sapere, desipere est.

In re mala animo si bono utare, sat est.

Is est amicus, qui in re dubia re juvat, ubi re opus est.

In omnibus rebus modum teneto.

Infelicitatem nemini exprobaveris.

In rebus inutilibus noli frustra laborare.

Is demum miser est, qui ærumnam suam neque occultare.

Iniqua nunquam regna perpetuo manent.

In re dubia benignior est interpretationem sequi debemus.

In salem & mensam non peccandum.

Irritabiles animi hominum optimorum, iidemque  
placabiles.

## L.

Laudatur non qui diu, sed qui bene vixit.

Laude & obsequio vincuntur homines.

Leve fit, quod bene fertur, onus.

Liberalem oportet esse, sed pro facultate.

Laudare & infamare eundem est improbi.

Livor bonos semper impetit: cum peioribus vero  
manum non conferit.

Læso doloris remedium, inimici dolor.

Lex universi est, quæ jubet nasci & mori.

Lætitia juvenem, tristis frons decet senem.

Lucrum sine damno alterius esse non potest.

Law

## SI.

- Laus vera humili sæpe contigit viro.  
Loco ignominiaë est apud indignum dignitas.  
Levis est dolor, qui consilium capere potest.  
Lucri causâ vel consanguinei mali fiunt.  
Labor, ut ajunt, bonæ famæ pater est.  
Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.  
Lupus est homo homini, non homo; cum, qualis sit,  
non novit.  
Læso virô vir sustinendus est tibi.  
Laboriosa planta est homo.  
Levis est fortuna, citò reposcit, quæ dedit.  
Laus sapientiaë maxima est, non aliunde pendere.  
Lux fidei, bona opera.  
Luxuries & avaritia maximè homines ad malefici-  
um impellunt. (exempla.  
Longum iter est per præcepta, breve & efficax per  
Liberalitate nihil est naturæ hominis accommodati.  
Ludi literarii magistrû esse proximû regno munus est.  
Erasmus in Epist. ad Jo. Sapidum.

## M.

- Multa eveniunt homini, quæ non vult.  
Multis displicet, qui sibi nimium placet.  
Multi invident aliis bonum, quo ipsi carent.  
Mores bonos convictus inficit improbus.  
Mortem optare, malum, timere, pejus.  
Malè secum agit æger, medicum hæredẽ qui facit.  
Mores amici noveris, non oderis.  
Multos timere debet, quem multi timent.

Minus est, quàm servus, dominus qui servos timet.  
 Metus cum venit, raram habet somnus locum.  
 Mavelim mihi inimicos invidere, quàm me inimicis  
 Miserrima est fortuna, q̄ inimico caret. (meis.  
 Mala causa est, quæ requirit misericordiam.  
 Minus decipitur, cui negatur celeriter.  
 Mortuo qui mittit munus, nihil dat illi, adimit sibi.  
 Manus manum fricat: dans aliquid, vicissim accipe.  
 Magno cū periculo custoditur, quod multis placet.  
 Mulieribus silentium est ornamento.  
 Miserum est tacere eogi, quod cupias loqui.  
 Malè vivunt, qui se semper victuros putant.  
 Mors omnium mortalium portus est.  
 Mendicus pudicus malè rem facit.  
 Malè facere q̄ vult, nusquam non causam invenit.  
 Mortalis irridere parce mortuum.  
 Mortua est Venus sine Baccho & Cerere.  
 Mulier rectè olet, ubi nihil olet.  
 Malus ubi se bonum simulat, tunc est pessimus.  
 Mortalibus doctrina honori est omnibus.  
 Malis aliorum inspectis sapientior evades.  
 Malum consilium consultori pessimum.  
 Mortales sumus, neque crastinum intelligimus.  
 Malum consilium est, quod mutari non potest.  
 Majora perdes, parva ni servaveris.  
 Mali sunt homines, qui bonis dicunt malè. (minit.  
 Memorè immemorè facit, qui monet, q̄ memor me.  
 Mercedem laboranti da, neque afflige pauperem.  
 Malè parta, malè dilabuntur.

Multis



- Multis minatur, qui uni facit injuriam.  
 Modestia donum pulcerrimum Deorum.  
 Malè habet medicus, nemine malè habente.  
 Multa mala otium fert mortalibus.  
 Malè geritur, quicquid geritur fortunæ fide.  
 Magis hæres fidus nascitur, quàm scribitur.  
 Malè imperando summum imperium amittitur.  
 Mors semper servitute potior.  
 Mures insultant feli mortuo, asini cæso leoni.  
 Militem oportet stantem & in acie mori.  
 Martyrem facit causa, nō poena aut suppliciū. (tur.  
 Multū interest, qualia quisq;, & qualis quisq; patia-  
 Mala consilia divinitus sæpe impediuntur.  
 Magni est animi oblatum repudiare imperium.  
 Magno precio, precibus, patientiâ ac prudentiâ pax  
 redimenda est.  
 Magnum malum vicinus malus.  
 Magnæ sapientiæ est facere necessaria, omissis non  
 necessariis.  
 Mutationes cum periculo ut plurimū sunt cōjunctæ.  
 Miserorū p̄st, ut sint malevolētes, atq; invidiant bo-  
 Malo si qd benefacias, id beneficium interit. (nis.  
 Mulieres duæ pejores sunt, quàm una.  
 Magis virtute, quàm dolo contendere decet.  
 Mali corvi malum ovum.  
 Maxima est illecebra peccandi impunitatis spes.  
 Mulier quæ nubit multis, multis non placet.  
 Minus est quàm servus, dominus, qui servos timet.  
 Mures suaviter vescuntur carne felium.

Manum injicientibus fatis, hebetantur sensus hominum & obtunduntur.

Minore discrimine sumitur princeps, quã quæritur.

Moderatori Reip. beata civium vita proposita est.

Maximo imperio maxima cura inest.

Minimum decet libere, cui nimium licet.

Magnæ arbores diu crescunt, unâ horâ extirpantur.

Memor naturæ nunquam superbies.

Metus malus est diuturnitatis magister.

## N.

Nihil nostrum est, quod aufferri potest.

Non ætate, sed ingenio, paratur sapientia.

Non refert, quàm diu vixeris, sed quàm benè.

Non proderit tibi ingenii felicitas, nisi exercueris.

Non fit sine periculo facinor magnū & memorabile.

Non est ad astra mollis è terris via.

Non diu durat malæ voluptatis delectatio.

Non decet superbum esse hominem servum.

Nihil sanitate vita habet præstantius.

Negandi causa avaro nunquam deerit.

Nimium altercando veritas amittitur.

Nulla tam bona est fortuna, de qua nil possis queri.

Nil peccant oculi, si animus oculis imperet.

Non quàm diu, sed quàm benè vivas, cogita.

Nullus tam diligit vitam, quàm qui senescit.

Neci debetur, quicquid usquam nascitur.

Non bonus est somnus homini de prandio.

Nihil homini amico oportuno amiccius.

Nullum

Nullum ad nocendum tempus augustum est malis.

Nescis, quid optes aut fugias, ita ludit dies.

Nihil tam difficile, quin quaerendo possit investigari.

Non citò ruinâ perit vir, qui ruinam timet.

Nervi atq; artus sapientiæ, nil temerè credere.

Nil proprium ducas, quod mutari possit.

Nunquam est ille miser, cui facile est mori.

Novi ego amantium animum: advortunt, quæ non  
senttas.

Nullum ad senectam pervenit mendacium.

Non convenit mortuis mala imprecari.

Non oportet inter epulas magnam quid tractare.

Numen colenti cuncta numen diriget.

Necesse est filios parentum verbis obedire.

Nullus mortalium injustè agens, poenas effugiet.

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

Nihil agere, semper infelici est optimum. (tò facias.

Nulla est tam facilis res, quin sit difficilis, si invi-

Nemo laborum expers est, nec erit.

Nunquam discrepat utile à decoro.

Non facienda sunt mala, ut eveniant bona.

Non est diuturna malorum felicitas.

Nolo minor me timeat, despiciatque major. (tere.

Non peccare Deo proprium est, sapienti verò poeni-

Necesse est facere sumtum, qui quaerit lucrum.

Nulli est homini perpetuum bonum.

Nemo est insanabilior eo, qui sibi sanus videtur.

Non potest jucundè vivi, nisi vivatur cum virtute.

Nihil lacrymâ citius arefcit.

Nobilis

Nobilis equus umbrâ quoq; virgæ regitur.

Ignavus ne calcari quidem concitari potest.

Non videmus manticæ, quod in tergo est.

Non intelligunt homines, quàm magnum sit vecti-  
gal parsimonia.

Nil juri tam inimicum, quàm vis.

Nihil cariùs constat, quàm quod precibus emitur.

Nullum theatrum virtuti majus conscientia.

Nulla lex satis commoda omnibus.

Natura hominum novitatis avida.

Nec abnuendum si dat imperiù Deus, nec appetendū.

Nulla sancta societas, nec fides regni est.

Nemo alteri concedit imperium volens.

Nunquam mulier serva domina fiat.

Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt.

Nihil sapientiâ pulcrius, nihil virtute amabilius.

Nunquam recedet malum à domo ingrati.

Natura mortalium avida imperii est.

Nulla quæsitâ scelere potentia diuturna. (fama.

Novum imperium incoantibus utilis est clementiæ

Nullâ re propius homines ad Deum accedunt, quàm  
salute hominibus danda.

Nec à mortuo petendum colloquium, nec ab avaro  
beneficium.

Nisi quem non ames, omnia videntur insulse fieri.

Nō errant, qui cū pares esse nō possunt, pugnare de-  
sinunt.

Nunquā erit alienis gravis, qui suis se concinnat levē.

Optimè

- Optimè cogitata sæpe pessimè cadunt.  
 Omnes sibi meliùs esse malunt, quàm alteri.  
 Obedientia felicitatis mater est.  
 Obsequium amicos, veritas odium parit.  
 Omne malum nascens facilè opprimitur.  
 Oportet id quod adest boni consulere.  
 Opera quidem juniorum, consilia autem seniorum  
 vim habent.  
 Omnes profectò liberi libentius sumus, quàm servim⁹.  
 Odi improbum, qui frugi sermonem profert.  
 Oblivionem tempus adfert omnium.  
 Omnis dies velut ultimus putandus est.  
 Omnia priùs experiri, quàm armis sapientem decet.  
 Odiosa præcox semper est prudentia.  
 Odi sapientem, qui sibiipsi non sapit.  
 Omnis stultus arrogantiam & plausibus capitur.  
 Omnia sciunt mulieres, etiam quomodo Jupiter Ju-  
 nonem duxerit.  
 Otio, qui nescit uti, plus negotii habet. (sta sunt.  
 Omne convenit tempus ad dicendum ea, quæ ju-  
 Oculus justitiæ omnia, quæ fiunt, inspicit.  
 Optimum est alienam frui insaniam.  
 Omne quod ex necessitate fit, molestum est.  
 Omnium rerum vicissitudo est.  
 O quàm suavis est solitudo ei, qui malos odio habet!  
 Oculus impudicus impudici cordis est nuncius.  
 Otium est operosius negotio.

Odium

Odium certaminibus ortum ultra metum durat.  
 Omnis perfectio in hac vita quandam imperfectio-  
 nem sibi habet annexam.

Otium res disciplinae inimicissima.

Omniū refert animadverti in malos.

Oportet mendacem esse memorem.

Odium & metus pessimi ad diuturnitatē custodes.

Omnis natura est conservatrix sui.

Officia meminisse debet is, in quē collata sunt, nō q̄

Omniū bonis expedit salvam esse remp. (contulit.

Odia qui nimium timet, regnare nescit.

Optimus quisq; præceptor frequentiam gaudet.

Omne sub regno graviore regnum est.

Odia suspicionibus armata, si oppressio alicujus quaeratur, multum valent.

Omnia prospera eveniunt colentibus Deos, adversa

Optim⁹ animus pulcerrim⁹ Dei cult⁹ est. (synētib⁹.

Optimum est pati, quod emendare non possis.

Odi homines ignavā operā, philosophiā sententiā.

Objurgatione q̄ nō corrigitur, nec plagis fit melior.

Odisse, quān donare vilius constat.

Omniū bellorum exitus incerti.

Omne opus difficile videtur, antequam tentes.

### P.

Patienter ferenda, quæ mutari non possunt.

Præceptus ira multorum malorum autor.

Pares cum paribus facile congregantur.

Pluris est oculatus testis unus, quān auriti decem.

Pereas

Pereat, quisquis invidet bona possidentibus.  
 Pars beneficii est, quod petitur, si bene neget.  
 Primum auscultate disce, si nescis loqui.  
 Potius mordendum est os, quam turpia dicenda.  
 Pejora juvenes facile præcepta audiunt.  
 Plus est periculi anum lacescere, quam canem.  
 Pars sanitatis, velle sanari, fuit.  
 Pulcrum ornatum turpes mores pej' cæno collinunt.  
 Paupertas onus est miserum & grave.  
 Pauper nobilis non videtur nobilis.  
 Patria est, ubicunque bene est.  
 Parentes magnum sunt numen prudentibus.  
 Pulcrum est eminere inter illustres viros.  
 Perit voluptas, virtus immortalis est.  
 Prosperum ac felix scelus virtus vocatur.  
 Priusquam fiat factis, prohibendum est scelus.  
 Proba illius sunt facta, cujus mens est proba.  
 Peccare idem bis haud viri sapientis est.  
 Patiari potius ipse, quam facias scelus.  
 Præna est timori semper in pejus fides.  
 Prudentiâ ad maleficium ne abutitor.  
 Piscator ictus sapit. (est lucrum.  
 Pecuniam in loco negligere, maximum interdum  
 Plurimum, quis sis, non quis habearis, interest.  
 Pecuniæ hominibus amicos conciliant.  
 Placere cunctis, non soli tibi, velis.  
 Plerosque lingua funditus pessum dedit.  
 Post multa virtus opera laxari solet. Sen.  
 Præstant pauci probi improbis quam plurimis.

Parentes

Parentes amato quàm constantissimè.

Post folia cadunt & arbores.

Perniciosum est cum diis contendere.

Præterita, præsentia & futura Deus novit & videt.

Prudens videtur ille, cui fors prospera.

Parendo potiùs, quàm imperia ducum sciscitando  
res militares continentur.

Pii interdum etiam desipiendo sapere discunt.

Peccata seminis puniuntur in semine.

Per quæ quis peccat, per eadem punitur. (gnatur.

Parva est utilitas principii, quæ justo fine non obsi-

Piscibus viventibus aqua, mortuis vinum debetur.

Pax dulcis alumna consilii.

Priusquam incipias, consulto; ubi cōsulueris, maturè  
facto opus est.

Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu fiet.

Pertinacia perseverantiæ finitima est, superstitio re-  
ligioni.

Paria sunt aliquè occidere, vel ei alimēta denegare.

Præceptor non tam putet sibi discipulos datos, quàm  
se discipulis.

Prudentia sola præit, & ducit ad rectè faciendum.

Plus scire velle, quàm satis sit, intēperantiæ gen<sup>o</sup> est.

Pessimus quisque asperrimè rectorem patitur.

Publicæ mercis nihil tam venale, quàm advocatorū  
perfidia. (quærat.

Princeps amorem ap. populares, metum ap. hostes

Pulcerrimum & latissimum regnū est, seipsū regere.

Præclara illa ingenia, quæ glorià excitantur.

Qui



Q.

Qui nescit dissimulare, nescit regnare.  
 Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam.  
 Quod factum est, infectum fieri non potest.  
 Quam quisque novit artem, in hac se exerceat.  
 Qui facile credit, facile decipitur.  
 Quod tacitum esse vis, id nulli dixeris.  
 Quæ indecora sunt, nec audias, nec videas.  
 Quem poenitet peccasse, penè est innocens.  
 Qui nil potest sperare, desperet nihil.  
 Quotidie damnatur, qui semper timet.  
 Qui patiuntur invidiam, splendide vitam degunt.  
 Qui per virtutem peritat, non interit.  
 Quam grata forma est, cui comes modesta mens!  
 Quod in corde sobrii est, id in lingua ebrii.  
 Qui plurimum habet, sapientissimus judicatur.  
 Qui quærit alta, is malum videtur quærere.  
 Quæ justa sunt, tacere nunquam convenit.  
 Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.  
 Qui fructuosa, non qui multa scit, sapit,  
 Qui utilia novit, non qui multa, sapiens.  
 Qui sibi ipsi sapiens prodesse nequit, nequicquã sapit.  
 Quid illum vivere juvat, qui, cur vivat, nescit?  
 Quam intractabile malum est inscitia!  
 Quod fors fert, feramus æquò animò.  
 Quid est iusjurandum? Emplastrum æris alieni,  
 Quercu cadente quivis ligna colligit.  
 Quid leges sine moribus vanæ proficiunt?

Quic-

Quicquid excelsum est, cadet.

Qui nihil agunt, illis fortuna non fert opem.

Quæ pulcra sunt, multis constant laboribus.

Quotidie est deterior posterior dies.

Quicquid excessit modum, pendet instabili loco.

Quotidie pridie caveas, ne facias hodie, quod pigeat  
postridie.

Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, etiã cum cavet.

Qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucem.

Qui amat, si eget, miserâ afficitur ærumnâ.

Qui gladio ferit, gladio perit.

Quin tu, quod periit, perisse ducis!

Quæ ignoras, ne pudeat discere.

Quæ non posuisti, ne tollas.

Qui semel malus est, semper præsumitur malus.

Quãtò superiores sumus, tãtò submissius nos geramus.

Quàm multa justa injusta fiunt moribus!

Quò se fortuna, eò se favor hominum, inclinat.

Quem dies vidit veniens superbum,

Hunc fugiens dies vidit jacentem.

Quisquis parentes hinc piè vivens colit,

Hunc viventemq; mortuumq; amat Deus.

Quæ fato manent, quamvis significata nõ vitantur.

Quales in rep. principes sunt, tales reliq; solent esse  
cives.

Quod exemplo fit, id etiam jure fieri putatur.

Quis innocens erit, si accusasse sufficiet?

Qui nimis emungit, sanguinem elicit.

Rei

## R.

- Rei non bonæ consuetudo pessima est.  
 Rex magnus, quisquis se benè rexerit.  
 Risu ineptō res ineptior nulla est.  
 Regenda præceptis senum est adolescentia.  
 Reprobos recta monita reddunt deteriores.  
 Res nō potest consistere, cum quæstū superat sumptus.  
 Reges pro certis timere solent dubia  
 Rusticitas quædam est, ne in miserabili quidem for-  
 tuna lacrymas fundere.  
 Ridiculus æquè nullus est, quàm dum esurit.  
 Regibus ex mansuetudine certior est securitas.  
 Re ipsâ reperi, facilitate & clementiâ homini nihil  
 esse melius.  
 Res molesta est, tractare ægrotantem hominem.  
 Ridet fatuus, etiam nulla causa cum subest.  
 Reddas quod est datum, ut iterum detur tibi.  
 Rosam, quæ præterierit, ne quæras iterum.  
 Res Deus nostras celeri citatas turbine versat.  
 Res parva, magna est, tempore & loco data.  
 Rarò accidit, ut filii moderatiores sint parentibus.  
 Rarum est & exiguum, quod bonum est.  
 Res secundæ non habent unquam modum.  
 Ruinam totius domus antecedunt stillicidia.  
 Remotâ justitiâ quæ sunt regna, nisi magna latroci-  
 Ratio præsit, appetitus obtemperet. (nia.  
 Rex velit honesta; nemo non eadem volet.  
 Rationes sine hospite supputare nihil est.

Regu.

Regulariter in dubio ignorantia præsumitur, nisi de  
scientia fides fiat. (gerere.

Raræ felicitatis est, multa prælia, eaque prosperè

Rector humani generis agit atque habet cuncta, ne-  
que ipse habetur.

Rectè facere princeps cives suos faciendo docet.

Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

Res adversæ autoritatem imperatorum imminuunt.

Regium est audire malè, cum facias bene.

## S.

Sæpe etiam sub palliolo sordido latet sapientia.

Sapientis est à viro sapiente discere.

Summâ curâ lingua regi debet.

Stulti sunt, qui cum peccant, corrigi nolunt.

Suspiciones majorem pariunt calumniam, quàm ipsa

Sine teste nullum putaveris esse locum. (facta.

Sera nunquam est ad bonos mores via.

Sapientē oportet nō iurantibus, sed ipsis rebus habe-

Stultum est timere, quod vitari nō potest. (re fidem.

Servile est supplicem esse homini indigno.

Simplex est veritatis oratio.

Satius est mori, quàm calamitosè vivere.

Sæpe summa ingenia in occulto latent.

Si quem Deus amat, ille juvenis interit.

Si bonam famam tibi servassis; sat eris dives.

Satius est tacere, quàm loqui, quæ non decet.

Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.

Suavis est laborum præteritorum memoria.

Secu-

Secura recordatio p̄teriti casus habet delectationē.

Sapiens suas ubique circumfert opes.

Sapientia est, discere id, quod nescis.

Serò suspiria ducis, quando non habes remedia.

Sapientis est, in malis quoque, ut decet, sapere.

Subitò qui sapit, non tūtò sapit.

Stultus est, qui cupita cupiens cupienter cupit.

Stultitia est venatum ducere invites canes.

Suspicio grave mortalibus cunctis malum.

Sibi placere stultitiam infelicem invehit.

Si fortuna { juvat, } caveto { tolli,  
                  { tonat, }                    { mergi.

Sibi ne invideatur ipsi ignavi rectè cavent.

Silere bonum est, ubi, meliores rdsunt.

Si iusta feceris, opem feret Deus.

Si dii quid turpe faciunt, non sunt dii.

Subita persuasio ad scelus prævia est.

Sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi.

Se denegare patriæ, exilium est pati.

Simul flare sorbereque haud facilè est.

Securitas infelicitatis mater est.

Sæpe fit in bellis, ut victor fleat, & victus intereat.

Sapiens non semper it uno gradu, sed unâ viâ.

Semper hoc audiui, mulieres duas peiores esse, quã

unam.

Summum jus, summa injuria,

Semel in mendacio deprehensus, semper suspectam

fidem habet.

Summum jus antiqui summam putarunt crucem.

Sive

Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus.  
 Superstitione qui est imbutus, quietus esse nunquam  
 Suus cuiq; animo ex conscientia sp̄e p̄bet. (potest.  
 Subitæ largitionis comes pœnitentia.  
 Sua sio ab eo, q̄ potest jubere, vim necessitatis adfert,  
 Stultum est, amare compedes suas, quamvis aureas.

## T.

Temulentus dormiens non est excitandus.  
 Tempus nullum est frustra transmittendum.  
 Tanti quisque habetur, quantum habet.  
 Tu cavere quod possis, stultum est admittere.  
 Tua quod nihil refert, percontari desinas.  
 Tacere juvenem, quàm loqui, magis decet.  
 Tam deest avaro quod habet, quàm quod nō habet.  
 Tempus secum trahit omnia.  
 Tolerare senium & inopiam res ardua.  
 Turpe est eos, qui bene nati sunt, turpiter vivere.  
 Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.  
 Turpe est, iterum ad eundem lapidem impingere.  
 Turpe est impingere in primo limine.  
 Tam seni quàm juveni conciliat honorem taciturnitas.  
 Turpe est apud plorantes epulari hospites. (nititas.  
 Tace, ubi oportet; & loquere, ubi tutum est.  
 Tutissima res est, timere nihil præter Deum.  
 Tyrannis mater est injustitiæ.  
 Tempus opifex atque iudex est omnium.  
 Tempus molestiis medetur omnibus.  
 Tutissimum quod est, idem semper optimum.

Tam

Tam nescire quædam milites, quàm scire oportet.  
 Turpis est in sene juvenilis lascivia.  
 Tædere solet avaros impendii.  
 Tutatur leonem virtus, vulpem dolus, fuga cervum.  
 Talis est civitas, quales sunt mores principum.  
 Tibi potiùs, quàm cuivis sis amicus.  
 Tranquillitate conscientia, nihil excogitari potest  
 Tempori cedere, semper sapiētis est habitū. (beati.

## V.

Ubi quis habet thesaurum, ibi habet & cor.  
 Uxorum vitia post nuptias discimus.  
 Ubi quis dolet, ibi & manum habet.  
 Unicum in egestate refugium est ars.  
 Ubi deest mens, disciplina nil juvat.  
 Utrumque vitium est, nulli credere, & omnibus.  
 Ut ignis aurum, tempus ita amicum probat.  
 Ultimus morborum medicus mors est.  
 Ut corpus ensis, verba mentem sauciant.  
 Ut quisq; est meritis, precium pro factis ferat.  
 Ut visus est in oculo, ita mens est in anima.  
 Ut potiare commodo, ferās incommodum.  
 Uxor contenta est, quæ bona est, unô virô.  
 Ut sunt humana nihil est perpetuum datum.  
 Ubi turpis est medicina, sanari pudet.  
 Ut fama est homini, exinde solet pecuniã invenire.  
 Uxor dūmodo morata rectè veniat, dotata est satis.  
 Uteunque est ventus, exin verbum vortitur.  
 Ubicunque regnat crapula, virtus exulat.

U

Ut homo est, ita morem geras.

Ubi opes, ibi amici.

Unus aliquando vir magnum adfert ad salutē mo-  
mentum. [malum.]

Ut quisq; est vir optimus, ita aliū minimè putat esse

Ufū urbis prohibere peregrinos, inhumanum est.

Uxor quærenda viro, firmamentum familiæ.

Ut quisque filium suum vult esse, ita est.

U nō animō omnes socrus oderunt nurus.

Uni quod accidit, cuivis accidere potest.

Ufus efficacissimus rerum omnium magister.

Ufus omnium magistrorum præcepta superat.

Unum imperii corpus unius animō regendum vi-

Ut sementem feceris, ita metes. (detur.)

Ubi factō opus est, verba non sufficiunt.

Verecundia bonum in adolescente signum.

Vis sine consilio nihil prodest.

Voluptate capiuntur homines, ut hamo pisces.

Violentia parit odium, odium dissensiones.

Verba benevola medela sunt mœrentibus.

Verbis agas agente cum verbis viro.

Vive memor mortis, uti memor sis & salutis.

Vitæ bona duo: SANITAS, PRUDENTIA.

Verbum herclè hoc verum est: Sine Cerere & Lihéro

Venter caret auribus [friget Venus.]

Vive pius, moriére pius.

Viri boni est pati, non facere injuriam.

Vulnera domestica acerbiora sunt aliis, & minus ca-  
veri possunt.

Virtus



Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona, quem

Vis cōsiliū expers mole ruit suā. [penes est virtus.

Vir sapiens robusto præstantior est.

Veritas venit in lucem interdum non quæsitā,

Vir sapiens sapientem servat, si sapit, virum.

Vir bonus atq; prudens componit litem etiā invete-

Veterem ferendo injuriam invitas novā. [teratā.

Vota æqua nunquam respuunt aures Dei.

Vates ille optimus, qui conjectator optimus.

Vis ubi adhibetur, nulla lex quicquam potest.

Vigilandū est semper; multæ invidiæ sunt bonis.

Vis necessitatis gravissima est.

Vindictam Dei pravi non effugiunt.

Veritas temporis est filia, soror caritatis.

Voluptate dominante virtuti non est locus.

Væ iis, qui dicunt bonū malum, & malum bonum!

Vix decimus quisq; est, qui se ipse nōrit.

Virum malum vel mus mordeat.

Verecundia est custos virtutum.

[rant.

Violenta nemo imperia cōtinuit diu; moderata du-

Vacare culpā magnū est solatium.

Virum fortem oportet habere animum paratum ad

ferendas res secundas & adversas.

Toluntatibus hominum nihil est incertius.

Vera ornamenta matronarū pudicitia, non vestes.

Virtute politicā præstantiorē nullā homo assequitur.

Virtus proprium est hominis bonum.

Viles plerumq;, qui nimium civiles,

Victoria in bellis civilibus semper est insolens.

Lusus

## L U S U S,

De miraculosa piscatione.

z. Aug. An. 1609.

*In Piscina sive vivario prudentiss. Dn. Andreae Meienreisii.*

CYprinum ut caperent jussi nodosa repente  
 Expediunt fervi lina, trahuntque simul.

Nil arte efficiunt; frustra labor omnia tentat.

Nil huc atque illuc retia tracta juvant.

Jam se squamigerum genus imo gurgite condit;

Jam superat saltu retia præcipiti.

Re planè infectâ tandem venabula poscunt,

Ictibus horribilem conficiuntque feram.

Non piscatorem tantùm hæc piscina requirit:

Ni quoque venator sit, nihil efficiet.

I. A. H. T.



*Summâ modestiâ singulariqz  
probitate puero*

**GEORGIO PUL-  
MANNNO,**

**GEORGII, JVDICII  
CIVILIS CIVIT. DIR-  
sov. Scabini integerrimi F.**

Discipulo & convectori suo.

**T**E, quamvis puerum, dono, P U L M A N-  
Prudentiæ sententiis; (N E, senilis  
Quod facis, ut totum pergas te tradere Musis,  
Et tempus optimè loces.

Justo cumq; tuis æqualibus ordine certes,  
Cùm temporis quid suppetit.

Non semper graviora urgent; aliquando Camenæ  
Doctis recreantur lusibus.

Alternis igitur dicetis; grata canenti  
Alternata sunt Apollini.

Sic exercitio jucundo plurima disces,  
Olim tibi quæ proderunt.

*Jo: Albinus.*

D

A. 1. Asp.

1. **A** Sperius nihil est humili, cum surgit in altū.
2. **A**ttenuant juvenum, vigilatæ corpora no-
3. An nescis longas regibus esse manus? (Aes.)
4. **A**spiciunt oculis superi mortalia justis.
5. Artibus ingenuis quæsitæ est gloria multis.
6. Audendum est: fortes adjuvat ipse Deus.
7. Ardua per præceps gloria vadit iter.
8. **A** bove majori discit arare minor.
9. Alterat humanos fors malefida status.
10. Alterius non sit qui suus esse potest.
11. Astra regunt homines, sed regit astra Deus.
12. Equo animo pœnam, qui meruere, ferant.
13. Ardua sollicitis victoria quæritur armis.
14. Aurum omnes victâ jam pietate colunt.
15. **A** cane non magno sæpe tenetur aper.
16. Audet vel lepus exanimi insultare leoni.
17. Aptior est dulci mensa merumq; ioco. (Cic.)
18. Ad scelus, atq; nefas, quodcūq; est, purpura du-
19. Ad <sup>ge</sup> ) mit' habuit <sup>qui</sup> ) leonis.  
<sub>fre</sub> ) <sub>nō</sub> corda invicta ) puellæ.
20. Ad Lunæ cursum variant animalia corpus.
21. Æstas non semper durabit, condite nidos.
22. Alliciunt somnos tempus, motusq; merumq;
23. Annus in apricis maturat collibus uvas.
24. Aptæ ferunt magnam tempora rebus opem.
25. Arbitrii nostri non est, quid quisq; loquatur.
26. Arcanum demens detegit ebrietas.
27. Ardua res hæc est, opibus non tradere mores.

28. Aspe-

28. Asperitas odium sævaq; bella movet.  
 29. Aut prodesse volunt & delectare Poëtæ  
 Aut simul & jucunda & idonea dicere vitæ.

## B.

1. Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.
2. Bestia non cantor, qui non canit arte, sed usu.
3. Barbarico Romana ruit Respublica bello.
4. Barbaries studiis eripit omne decus.
5. Bella viri, pacemq; gerant, queis bella gerenda.
6. Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido.
7. Bella vel insidiis, vel Marte geruntur aperto.
8. Bella gerant fortes, tu, Pari, semper ama.
9. Blanda truces animos fertur mollisse voluptas.
10. Bella gerant juvenes, urbana negocia patres.

## C.

1. Cede repugnant, cedendo victor abibis. (rue.
2. Cælum non animū mutant, qui trans mare cur-
3. Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.
4. Conscius ipsi sibi, de se putat omnia dici.
5. Conjugium humanæ est divina Academia vitæ.
6. Commoda res valde est, sapiat si nuncius ipse.
7. Cui placet alterius sua nimirum est odio fors.
8. Carmina secessum scribentis, & ocia quærunt.
9. Candida pax homines, trux decet ira teras.
10. Cedit amor rebus, res age tutus eris.
11. Cum caput est saluum: non malè corpus habet.
12. Cedere majori, non est pudor inferiori.
13. Cognita mens hominū nulli est arcana Deorū.

D 2

14. Can-

14. Cantabit vacuus coram latrone viator.  
 15. Carpendi studio paulatim longiùs itur.  
 16. Crede mihi, verum dicere fama solet.  
 17. Cedamus, leve fit, quod bene fertur, onus.  
 18. Comibus est oculis alliciendus amor.  
 19. Crux est, si metuas, vincere quod nequeas.  
 20. Cura fugit multo diluiturq; mero.  
 21. Consilium nobis resq; locusq; dabunt.  
 22. Candor in hoc ævo res intermorta penè.  
 23. Consule, queis ætas longa magistra fuit.  
 24. Carmina jam moriēs canit exsequialia cygnus.  
 25. Carmina laudātur, sed munera magna petūtur.  
 26. Casta Deus mens est, castā vult mente vocari.  
 27. Causa jubet melior superos sperare secundos.  
 28. Certè plus animi debet inesse viris. (phi.  
 29. Certandum est; nulli veniunt sine Marte trium-  
 30. Consilio pollet, cui vim natura negavit.  
 31. Crede parùm; tua serva, & quæ periēre, relinque.  
 32. Credere fallaci gravis est dementia famæ.  
 33. Cura fugit, multo diluiturq; mero.  
 34. Cura viris {gravib⁹} rerum solet esse {suarum.  
                           {levibus}                                    {novarū.  
 35. Curia pauperibus clausa est, dat census honores  
       Census amicitias; pauper ubiq; jacet.  
 36. Crede Deo, qui nec falli, nec fallere novit.

## D.

1. Difficile est, æquâ commoda mente pati.  
 2. Differ, habent parvæ commoda magna moræ.  
 3. Dulcius

3. Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
4. Disce, sed à doctis ; indoctos ipse doceto.
5. Discite justitiam moniti & non temnere divos.
6. Difficile est , fateor, sed tendit ad ardua virtus.
7. Dona Dei, carmen nitidum, facundia præstās.
8. Displicuisse malis, est placuisse bonis.
9. Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.
10. Dimidium facti , qui bene cæpit, habet.
11. Disce pati, si vis sapiens & sanctus haberi.
12. Dat veniam corvis , vexat censura columbas.
13. Dum vitant stulti vitia , in contraria currunt.
14. Desidis aurigæ non audit verbera currus.
15. Dignum laude virum Musa vetat mori.
16. Difficile est longum subito deponere an orem.
17. Divitiis alitur luxuriosus amor.
18. Dedecus est semper sumere, nilq; dare.
19. Divitiæ grandes homini sunt, vivere parcè.
20. Dum furor in cursu est , currenti cede furori.

Difficiles aditus impetus omnis habet.

21. Durate , & vosmet rebus servate secundis.
22. Divitis ad manes nil feret umbra suos.
23. Desidiâ virtus paulatim evicta senescit.
24. De malè quæsitis non gaudet tertius hæres.
25. Da requiem : requiet, ager bene credita reddit.
26. Dum licet, in rebus jucundis vive beatus.
27. Difficilis res est inventu verus amicus.
28. Dedita quæ vitiis mens est , nil cogitat alti.
29. Dulcior est somni venientis melle voluptas.
30. Dantur opes nullis nunc , nisi divitibus.
31. Degeneres animi primo in certamine cedunt.

32. Difficile est tristi fingere mente jocum.  
 33. Ut precor à nobis omen removete sinistrum.  
 34. Discite, quàm parvo liceat producere vitam.  
 35. Dum licet, injusto subtrahe colla iugo.  
 36. Dum vires, anniq̄, sinunt, tolerate labores.  
 37. Durius in terris nihil est quod vivat amante.  
 38. Disciplina vetus non contemnenda, nepotes  
 Degenerant, si majorum documenta relinquāt.

## E.

1. Est aliquid, magnis crimen abesse malis.  
 2. Est virtus, placitis abstinuisse bonis.  
 3. Est aliquid, prodire tenus, si non datur ultra.  
 4. Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est.  
 5. Effodiuntur opes irritamenta malorum.  
 6. Et genus, & formam regina pecunia donat.  
 7. Et tua res agitur, paries cum proximus ardet.  
 8. Et vidua est virtus, quam non patientia firmat.  
 9. Eventus varios res nova semper habet.  
 10. Ex tacito vultu scire futura licet.  
 11. Emendare labor, quàm scribere carmina, major.  
 12. Expertus dico, nemo est in amore fidelis.  
 13. Et quæ non profunt singula, multa juvant.  
 14. Exulat à vulgo cum probitate fides.  
 15. Ex improvise fallitur omnis homo.  
 16. Et bene apud memores veteris stat gratia facti.  
 17. Est amor, & rerum cunctis tutela suarum.  
 18. Est aliquid patriis vicinum finibus esse.  
 19. Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur.  
 20. Est aliqua ingrato meritū exprobrare voluptas.  
 21. Est

21. Exp  
 22. Effu  
 23. Est  
 24. Est  
 25. Est  
 26. Ebr  
 27. Eff  
 28. Eri  
 29. Este  
 30. Et  
 31. Et  
 32. Est  
 33. Et  
 34. Est

1. Fr  
 2. F  
 3. F  
 4. F  
 5. F  
 6. F  
 7. F  
 8. F  
 9. F  
 10. F  
 11. F  
 12. F  
 13. F



21. ——— Est quædam flere voluptas:  
Expletur lacrymis, egeriturq; dolor.
22. Effuge venturos qua potes usq; rogos.
23. Est & in incessu pars non temnenda decoris.
24. Est etiam in miseris pietas, & in hoste probatur.
25. Est merito pietas homini tutissima virtus.
26. Ebrietas ut vera nocet, sic ficta iuvabit.
27. Efficiam posthac, ne quenquam voce laceffas.
28. Eripit interdum, modò dat Medicina salutem.
29. Este procul lites, & amaræ prælia linguæ.
30. Et sua riserunt secula Mæonidem.
31. Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
32. Est adversarum domitrix tolerantia rerum.
33. Et videt, & justâ librat Deus omnia lance.
34. Est nimium gravis adverso labor ire fluento.

## F.

1. Fraus nil laudis habet, velocem tardior urget.
2. Formicis gaudet formica, cicada cicadis.
3. Fata regunt homines, certâ stant omnia lege.
4. Fac tua, quæ tua sunt, quæ sunt aliena relinque.
5. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.
6. Flectitur iratus voce rogante Deus.
7. Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.
8. Flebile principium melior fortuna secuta est.
9. Fallitur ex facili, qui caret arte doli.
10. Felix qui quod amat, defendere fortiter audet.
11. Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
12. Fastus inest pulcris, sequiturq; superbia formam.
13. Fistula dulcet canit, volucrem cum decipit au-  
ceps.
- D 4
14. Ficta

14. Ficta voluptatis caussa, sint proxima veris.  
 15. Fors iuvat audentes: prisca sententia vatis.  
 16. Fraternali primi maduerunt sanguine muri.  
 17. Felix, qui pacis tempore bella timet.  
 18. Fac duo, si felix vis esse: Ora atq; labora.  
 19. Fac tua, quæ tua sunt: cætera linque Deo.  
 20. Fœcundi calices quem non fecere disertum?  
 21. Filius ante diem patrios inquirat in annos.  
 22. Forma bonū fragile est, quandoq; accedit ad an-  
     Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo. (nos  
 23. Fronte capillata est, posthæc Occasio calva.  
 24. Fallitur in dubiis hominum solertia rebus.  
 25. Fide, sed ante fide, cui tutò fidere possis.  
     Et, quia non tutum est fidere, fide Deo.

## G.

1. Gratius est pulcro veniens è corpore virtus.  
 2. Gaudia sunt miseris socios habuisse malorum.  
 3. Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.  
 4. Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo  
     Musa loqui.  
 5. Grata superveniet, quæ non sperabitur hora.  
 6. Gaudia principium nostri sunt sæpe doloris.  
 7. Gaudia præmissi cumulant inopina dolores.  
 8. Gratiaq; officio, quod mora tardat, abest.  
 9. Gratia naturam vertere nulla potest.  
 10. Gloria peccati nulla petenda tui est.  
 11. Græulus esuriens, in cælum, iusseris, ibit.  
 12. Gaudia non remanent, sed fugitiva volant.  
 13. Gratius

13. Gratius ex  
 14. Gignit, alit

1. Hei quam

2. Hoc juve

3. Hei mihi,

4. Haud fac

5. Hoc est c

6. Hei quan

7. Hei mihi

8. Hei hei

9. Hei nu

10. Hei ni

11. Haud e

12. Hei ca

13. Hospit

14. Hum

15. Hei

16. Ho

1. Illa

2. Jus

3. Jus

4. Irre

5. Irre

6. Irus

7. Just

13. Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.  
 14. Gignit, alit Virtutem Usus, confirmat & auget.

## H.

1. Hei quàm difficile est crimen nõ p̄dere vultu!  
 2. Hoc iuvet esse Deo, quod iubet esse Deus.  
 3. Hei mihi, q̄ nullis amor est medicabilis herbis!  
 4. Haud facile est animum variis impendere reb̄.  
 5. Hoc est consuetum, comitantur tristia lætum;  
 6. Hei quàm, quod studeas ponere, ferre grave est.  
 7. Hei mihi, quàm infelix hominũ gen̄ atq; misel-  
 8. Hei hei quàm brevibus percüt ingētia causis! (lū!  
 9. Hei nunquam stabilem sortita superbia sedem!  
 10. Hei nihil invitis fas quenquam fidere divis!  
 11. Haud quenquam dubiæ fas est confidere sorti.  
 12. Hei cæcæ mentes, tumefactaq; corda secundis!  
 13. Hospitibus fidis venias quoq; fidus amicus.  
 14. Humanum est petere, at divinum ferre salutem.  
 15. Hei mihi, difficile est, imitari gaudia falsa!  
 16. Hostibus à domitis hostia nomen habet.

## I.

1. Iliacos intra muros peccatur, & extra.  
 2. Iustitia in sese virtutes continet omnes.  
 3. Iustitia hæc demum est, uni confidere Christo.  
 4. Irreparabilium felix oblivio rerum.  
 5. Irreparabilium infelix jactura dierum.  
 6. Irus erit subitò, qui modo Cræsus erat.  
 7. Iusta Dei vanas non habet ira minas.

D S

8. Invidus

8. Invidus alterius marcescit rebus optimis.  
 9. Improbe amor, quid nō mortalia pectora cogis!  
 10. Ibat ovans animis, & spe sua damna levabat.  
 11. Ipsa quidem virtus sibi met pulcherrima merces.  
 12. Impia nulla diu gens superesse potest.  
 13. Invidiam nimio cultu vitare memento.  
 14. Interdum lacrymæ pondera vocis habent.  
 15. In te talis erit, qualem te senserit alter.  
 16. Inquinat egregios adjuncta superbia mores.  
 17. Jejunos stomachus raro vulgaria temnit.  
 18. Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.  
 19. Insanire facit canos quoq; copia vini.  
 20. Invidiam quod habet, non solet esse diu.  
 21. Illud quod medium est, atque inter utrumque,  
     probatur.  
 22. Indicium mores nobilitatis habent.  
 23. ————— Ingenium res  
     Adversæ nudare solent, cælare secundæ.  
 24. Ingenii dotes corporis adde bonis.  
 25. Impedit ira animum, ne possit cernere verum.  
 26. Impia sub dulci melle venena latent.  
 27. Invidiæ morbo præsens malè judicat ætas:  
     Judicium melius posteritatis erit.  
 28. Ipsa dies quandoq; parēs, quandoq; noverca est  
 29. Iratum, gravis est res, habuisse Deum.  
 30. Ira odium generat. Concordia nutrit amorem.  
 31. Impatiens amor est, majoraq; viribus audet.  
 32. Infelix, qui multa sapit, nescitq; docere:  
     Infelix, qui pauca sapit, spernitq; doceri,  
     Infelix, cujus prodest sapientia nulli.

33. Is de-

33. Is de-  
Vir sap

1. Leg

2. Lis

3. Led

4. Lux

5. Lon

6. Lu

7. Lo

8. La

9. Lu

10. Lu

11. Lu

12. La

13. La

14. Lō

15. Lo

16. La

17. La

18. Li

19. Li

1. M

2. M

3. M

4. M

33. Is demum (ut veteres morum doeuere magistri)  
Vir sapiens, qui se ad casus accommodat omnes.

## L.

1. Leges, libertas, & pax sunt optima dona.
2. Lis est cum forma magna pudicitiae.
3. Lectio lecta placet, decies repetita placebit.
4. Luxuriant animi rebus plerumq; secundis.
5. Loripedem rectus derideat, æthiopem albus.
6. Luxuries nunquam parvo est contenta paratu.
7. Longius aut propius, mors sua quemq; manet.
8. Laudat venales, qui vult extrudere, merces.
9. Ludite securi, quibus est æs semper in arca.
10. Lusuri nummos animum quoq; ponere debent
11. Lusori cupido semper gravis exitus instat.
12. Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.
13. Labitur exiguo, quod partū est tempore longo
14. Lōga mora est nobis omnis, quæ gaudia differt
15. Longa dies homini docuit parere Leones.
16. Læta ferè lætus eecini: Cano tristia tristis.
17. Latrantem stomachū bene lenit cum sale panis
18. Libertas est summa bonis sub principe justo.
19. Libera mens vitiis secura in pace quiescit.

## M.

1. Mors nihil est justis, victæ nisi mortis imago.
2. Multa cadunt inter calicem, supremaq; labra.
3. Militat omnis amās, & habet sua castra Cupido
4. Metiri se quemq; suo modulo ac pede, verū est.

5. Malè verum examinat omnis corruptus iudex.
6. Maxima quæq; domus servis est plena superbis.
7. Mobile mutatur mutato principe vulgus.
8. Mille modis lethi miseros mors una fatigat.
9. Multos cæcus amor cogit secreta fateri.
10. Moribus & formâ conciliandus amor.
11. Magnum opus est mores composuisse suos.
12. Mortem pro ludo Mars violentus habet.
13. Multaq; fert miles vulnera, multa facit.
14. Magna repente ruunt, summa cadunt subitò.
15. Mobilis & varia est semper natura malorum.
16. Moribus antiquis res stat Romana virisq;.
17. Magnates dare parva pudet; dare magna recu-
18. Mors etiam saxis, marmoribusq; venit. (sant.
19. Multa ferunt anni venientes commoda secum,  
Multa recedentes adimunt.

## N.

1. Non labor in Domino noster inanis erit.
2. Naturæ sequitur semina quisque suæ.
3. Non est in culpa, qui prohibere nequit.
4. Nobilis est verè, quem nobilitat sua virtus.
5. Nullus ad amissas ibit amicus opes.
6. Non vivas, ut edas; sed edas, ut vivere possis.
7. Naturam expellas furcâ, tamen usq; recurret.
8. Non grata est facies, cui gelasinus abest.
9. Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.
10. Nomen amicitiae barbara corda movet.
11. Nulla fides unquam miseros elegit amicos.

12. Non

12. Non ign  
13. ———  
14. Non cui  
15. ———  
16. Nudus  
17. Nascen  
18. Nulla fic  
19. Neglect  
20. Non ha  
21. Non tu  
22. Nemo  
23. Non p  
24. Nosc  
25. Nimi  
26. Nō su  
27. Non  
28. Nō h  
29. Non  
30. Nōn  
31. Nor  
32. Nec  
33. Nu  
34. Ne  
35. Nu  
36. Nor  
37. Nor  
38. Nor  
39. Nulla  
40. Nil a

12. Non ignara mali miseris succurrere disco.  
 13. ————— Nescit vox missa reverti.  
 14. Non cuivis homini contingit adire Corinthum.  
 15. ————— Non omnes eadem mirantur amantiq;  
 16. Nudus in hanc veni, sub terram nudus abibo.  
 17. Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.  
 18. Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur.  
 19. Neglectis urenda filix innascitur agris.  
 20. Non habet eventus sordida præda bonos.  
 21. Non tua laudabis studia, aut aliena reprendes.  
 22. Nemo potest pariter dominis servire duobus.  
 23. Non procul à proprio stemmate poma cadunt.  
 24. Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se.  
 25. Nimirum sapere, est, abjectis, utile, nugis. (sis.  
 26. Nō sunt longa, quibus nihil est, quod demere pos-  
 27. Non citò credideris, quantū citò credere lædat.  
 28. Nō habet unde suum paupertas pascat amorem.  
 29. Non bene cum sociis regna Venusq; manent.  
 30. Nōnne mori satius, vitæ quàm ferre pudorem?  
 31. Non faciunt molles ad fera bella manus. (nis.  
 32. Nec forma æternū, aut cuiquā est fortuna peren-  
 33. Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit.  
 34. Ne vagus in laxa pes tibi pelle natet.  
 35. Nullus ubiq; potest felici ludere dextra.  
 36. Non est certa fides, quam non injuria versat.  
 37. Non bene conducti vendunt perjuriam testes.  
 38. Non bene cælestes impia dextra colit.  
 39. Nulla humanarum certè est constantia rerum.  
 40. Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.

D 7

41. Nil

41. Nil prodest, quod non lædere possit idem.  
 42. Non omnes humana videt sapientia casus.  
 43. Non semper violæ, non semper lilia florent.  
 44. Non semper feriet, quodcunq; minabitur arcus.  
 45. Non retinent patulæ commissa fideliter aures.  
 46. Ne tibi quid desit, quæsitis utere parcè.  
 47. Non datur ad Musas, currere lata via.  
 48. Nube solet pullâ candidus ire dies.  
 49. Nunquã bella bonis, nunquã ce tamina desunt;  
 Et quo cum certet mens pia semper habet.  
 50. Nec celare suas, nec vincere fœmina curas  
 Nec differre potest. Tantum levitatis in illa est.

## O.

1. Oderunt peccare <sup>boni virtutis amore.</sup>  
 mali formidine pœnæ.  
 2. Omnia conando docilis solertia vincit.  
 3. Omnia sunt ingrata, nihil, fecisse benignè, est.  
 4. Optat Ehippia bos piger optat arare caballus.  
 5. Omnia habent inter sese communia amici.  
 6. Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.  
 7. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.  
 8. Omne supervacuum pleno de pectore manat.  
 9. Omnia dives habet, qui pius esse potest.  
 10. Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.  
 11. Omnis in arbitrio victoria pōsta Deorum est.  
 12. Omnibus invidias, livide, nemo tibi.  
 13. O curas hominum, ô quantum est in reb; inane!  
 14. Omnia securis insidiota nocent.  
 15. Omnia dum nimiū servant stulti, omnia perdūt.  
 16. Omnia prætereunt, præter amare Deum.  
 17. Omnis commoditas sua fert incommoda secū.



18. Obsequio certè dulces retinentur amici.
19. Obsequium Tigresq; domat, tumidosq; leones.
20. Ocia damnantur, quæ nulla negocia tractant:
21. Odimus accipitrem, quia semper vivit in armis.
22. Omnia perversas possunt corrumpere mentes.
23. Omnia sic abeunt, ut lux cum sole recedit.

## P.

1. Principibus placuisse viris, non ultima laus est.
2. Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.
3. Principis est virtus 

{	maxima	}
{	proxima	}

 nosse 

{	Deum.	}
{	suos.	}
4. Promissis dives quilibet esse potest.
5. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.
6. Prodigus & stultus donat, quæ spernit, & odit.
7. Præsentem monstrat quælibet herba Deum.
8. Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.
9. Palleat omnis amans, color est hic aptus amati.
10. Plus valet humanis viribus ira Dei.
11. Pelle moras, brevis est magni fortuna favoris.
12. Pluribus intentus minor est ad singula sensus.
13. Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
14. Pro meritis reddi gratia rara solet.
15. Pallida furtivum facies monstrabit amantem.
16. Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.
17. Par ætas animos conciliare solet.
18. Pauper is esse nequit, cui rerum suppetit usus.
19. Posse pati facile est, tibi ni patientia desit.
20. Proh superi quantum mortalia pectora cæcæ  
Noctis habent!
21. Pugnando fortes claudere fata decet.
22. Pace nihil stabili dulcius esse potest.

23. Pellibus inverſis hæc ætas ſubmovet Euros.  
 24. Pars hominum gaudet vitiis, conſtanter & urget  
 Propoſitum  
 25. Prodigæ non ſentit pereuntem fæmina cenſum.  
 26. Per quod quis peccat, per idem punitur & ipſe.

## Q.

1. Quicquid delirant reges, pleſtuntur Achivi.  
 2. Qui ſapit, in tacito, gaudeat ille ſinu.  
 3. Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.  
 4. Quod latet ignotum eſt: ignoti nulla cupido.  
 5. Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit.  
 6. Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.  
 7. Quodq; parum novit, nemo docere poteſt.  
 8. Quod Natura negat, reddere cura poteſt.  
 9. Quod cultura negat, reddere nemo poteſt.  
 10. Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.  
 11. Quod ſatis eſt, cui contingit, nihil ampliù optet.  
 12. Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquã.  
 13. Quæ venit à Domino fors mihi grata venit.  
 14. Quicquid agis, prudenter agas, & respice finem.  
 15. Qui bene deſierit vivere, victor erit.  
 16. Quàm procul ex oculis, tam procul ibit amor.  
 17. Quæ nã ſumma boni: mens quæ ſibi conſcĩa re-  
 18. Quid fas, quid deceat, non videt ullus amãs. (Et  
 19. Quem metuit, timet, & quiſq; perire cupit.  
 20. Quod male fers, adſueſce; feres bene: multa ve-  
 Lenit. (taſtas  
 21. Qui partem tangit, totum tetigiſſe videtur.  
 22. Quis

22. Quis dives? qui nil cupiet. quis pauper? avarus.
23. Quid non longa dies? quid nō cōsumitis anni?
24. Quicquid sub terra est, in apricum pferet ætas.
25. Qui monet, ut facias, quod facis, ille probat.
26. Qui bene se novit, sanior esse potest. (cundo)
27. Quicquid agit mundus, Monachus vult esse se.
28. Quod natura negat, nemo feliciter audet.
29. Qui sapit, is casus circumspicit ante futuros.
30. Quod mutare nequis, patienter ferre memento.
31. Quod tegitur, majus creditur esse malum.
32. Quondam etiā victis redit in præcordia virtus.
33. Quem res plus nimio delectavere secundæ,  
Mutatæ quatient.
34. Quæ venit ex suto, minus est accepta voluptas.
35. Quælibet extinctos injuria suscitât ignes.
36. Quantula nunc hominū pducit corpora tellus!
37. Quædam cum prima rescentur crimina barba.
38. Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpe videto.
39. Qui struit insidias alii, sibi damna dat ipsi.
40. Qui leviter spondet, promisso eludit inani.
41. Quâ pote, quisq; in ea conterat arte diem.
42. Quis scit, quid summus vesper ab axe vehat?
43. Quod licet ingratiū est, quod nō licet, acris urit.
44. Quæ dos matronis pulcerrima? vita pudica.
45. Quæ meruit, si quisq; ferat, justissima pœna est.
46. Quamlibet infirmas adjuvat ira manus.
47. Quæ culpâre soles, ea tu ne feceris ipse.
48. Quæ venit indignè pœna, dolenda venit. (est.)
49. Quicquid erit, superâda omnis fortuna ferendo
50. Quisquis plus justo non sapit, ille sapit. R.



11. Scilicet in vulgus manant exempla regentum.
12. Sollicitæ mentes speq; metuq; pavent.
13. Scilicet interdum miscentur tristia lætis.
14. Successore novo tollitur omnis amans.
15. Scilicet infano nemo in amore sapit.
16. Si qua voles aptè nubere, nube pari.
17. Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo.
18. Sæpe dat una dies, quod totus denegat annus.
19. Sunt quibus in solo vivendi causa palato est.
20. Sanguine quæ vero non rubet, arte rubet.
21. Semper avarus eget, mendicat semper avarus.
22. Si natura negat, facit indignatio versum.
23. Sæpe tacens vocem verbaq; vultus habet.
24. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.
25. Si rota defuerit, tu pede carpe viam.
26. Stultitiam simulare loco prudentia summa est.
27. Sit bene conveniens, & sine labe toga.
28. Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem.
29. Si qua venit serò, magna ruina venit.
30. Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
31. Segnius expediunt commissa negotia plures.
32. Scire aliquid laus est; pudor est nil discere velle.
33. Si nescis, oculi sunt in amore duces.
34. Sit piger ad pœnas princeps; ad præmia velox.
35. Sollicitant animos commoda parva leves.
36. Spes etiam validâ solatur compede vinctum.
37. Sordet in exili virtus incognita veste.
38. Sanguine fundata est Ecclesia; sanguine crevit;  
Sanguine succrevit; sanguine finis erit.
39. Simplicibus præsens Deus est, offenditur astu.

## T.

1. Tecum habita, & nôris, quã sit tibi curta supel.
2. Turpe est emansisse diu, vacuumq; redire. (lex.)
3. Tolle moras, semper nocuit differre paratis.
4. Turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes.
5. Tu mihi sis Pylades, & ero tibi fidus Orestes.
6. Tu præsens cura, Domino committe futura.
7. Tu nihil invitâ dices, faciésve Minervâ.
8. Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.
9. Tunc rectè vivis, si curas esse, quod audis.
10. Tu major: tibi me est æquum parère, Menalca.
11. Turpe quid ausurus, te sine teste time.
12. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
13. Tempore sanatur, quod ratione nequit.
14. Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
15. Temperie cæli corpusq; animusq; juvatur.
16. Tollitur è medio sapientia, Vi geritur res.
17. Tempus in agrorum cultu consumere dulce est.
18. Turpe duci totam somno consumere noctem.
19. Tempus cuncta trahit: secū rapit omnia tempus.
20. Terra malos homines nunc educat, atq; pusillos
21. Tuta frequensq; via est, per amici fallere nomē;  
Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.

## V.

1. Virtus est, vitium fugere, & sapientia prima  
Stultitiã caruisse.

2. Vilius

2. Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
3. Vulgus amicitias utilitate probat.
4. Urit maturè, quod vult urtica manere.
5. Virtutem posuère Dii sudore parandam.
6. Vince animos, iramq; tuam, qui cætera vincis.
7. Uberior pietis gratia rebus inest.
8. Virtus est medium vitiorum, & utrinq; reductū.
9. Unicuiq; dedit vitium natura creato.
10. Velle suum cuiq; est, nec voto vivitur uno.
11. Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.
12. ——— Virtute decet, non sanguine niti.
13. Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu.
14. Venit post multos una serena dies.
15. Virtuti præsens gaudet adesse Deus.
16. Utilis est patriæ facta referre labor.
17. Utilis interdum est ipsis injura passis.
18. Vincuntur molli pectora dura prece.
19. Vota senū, consulta virorum, & facta juventæ.
20. Verba puellarum foliis leviora caducis.
21. Vina senem, ut nolit, cogunt ductare choreas.
22. Vivitur ingenio; cætera mortis erunt.
23. Vita aloës multum, mellis habet minimum.
24. Ut patriæ profit, qui studet, ille sapit.
25. Ut sit magna, tamen certè lenta ira Deorum est.
26. Vescatur siliquis, fruges qui spernit opimas.
27. Vivere spe vidi, qui moriturus erat.
28. Vestes quas geritis, sordida lana fuit.
29. Utile, doctrinis præbere senilibus aures.
30. Ut fragilis glacies, interit ira morâ.

31. Ver

31. Ver non una dies, non una reducit hirundo.  
 32. Veri summa boni, nosse & amare Deum.  
 33. Verbaq; prævisam rem non invita sequuntur.  
 34. Victurus genium, debet habere liber:  
 35. Vult humiles animos, vult pia corda Deus.

Finis Monostichorum,  
 Sequentur suo tempore  
 Disticha.

## Regula Vitæ.

**F**ide Deo; diffide tibi; fac propria; castas  
 Funde preces; paucis utere; Ma-  
 gna fuge.

Multa audi; dic pauca; tace abdita;  
 disce minori

Parcere, majori cedere, ferre parem.  
 Tolle moras; mirare nihil; contemne caduca;  
 Fer mala; disce Deo vivere; disce mori.





Lit Lat m A

1190

